

Ms.  
472



Del C<sup>to</sup> de S. Domingo  
de Mallorca, y de la Libre-  
ria

#

Ms.  
472

Explicatio excommunicationis  
Synodali<sup>is</sup> huius Episcopatus Majoricen-  
sis, que sunt late sententia, et in fo folio  
incurritur, per P. fr. Thomam Gomila in  
sacra Theologia Presentatur elaborata.

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

Explicatio exco-  
municationis  
Synodali late  
sententie.

In synodo nouissima celebrata per Dñm J. Ro-  
de Alagon Episcopus Majoricensis anno 1692. in-  
ueniuntur late quæ plures excommunicationes  
quæ ipso facto incurrunt: et quia confessorij in  
hoc Episcopatu Majoricensi, ad hoc ut obligationem  
sui officij satisfaciat debent illos scire, et in quibus  
capibus, ac quibus actionibus incurrunt, ad hoc  
ut rectus iudicius faciat de statu penitentis, dis-  
cernendo scilicet an incurrerit aliquas ex dictis  
excommunicationibus, et si forte illas incurrerit  
an existens illa innodatus, fecerit aliquid  
~~quod~~ prohibita excommunicatis, ut audire missam  
assistere diuinis officijs, seu horum canonicis et  
ideo de re illas referre, et claritate, qua poterit  
illas explicare, ut Confessorij facilius possint sue  
muneri satisfacere.

### Preambulum pro explicatione dictarum excommunicationum Synodali.

nu. 1.

Pro intelligentia, et explicatione Synodali  
quæ sunt late sententie, et ipso facto incurrunt.  
est preculis habenda doctrina, quæ tradit, et  
docet Eminentissimus Sacrosancti Summa Verbo  
Excommunicatio in principio, ibi: Ante omnia  
ante est pro explicatione excommunicationum

juris Canonici, et aliarum, que ipso facto incurruntur, quas doctrinas plura magis transferre, quas aliquid illis immutare, vel omittere; cui maxime conducatur ad nostrum intentum, et nihil superflui reperiat in ea.

nr. 2.

Notabiles 1<sup>us</sup>

Ante brevia igitur ad intelligentiam excommunicationum, late scilicet sententiarum, sine sint a iure, sine a iudice, duo sunt prestanda, inquit doctissimus Caetanus loco supra citato. Primum quod est notandum est, in excommunicatione qualibet duo inveniuntur, scilicet persona, que excommunicatur, et actio pro qua excommunicatur. Et personas quidem ad quas se extendit excommunicatio, facile est discernere, perspicuendo an comprehendat omnes, an aliquos, vel aliquos. Discernere autem actiones non tam facile est. Oportet siquidem actiones considerare, et ex parte termini, et ex parte agentis: et scire quod ex parte termini, actio excommunicationi subiecta, intelligitur consummata, hoc est debet esse consummata ad hoc, ut excommunicationi subiaceat; ita quod, regulariter loquendo, nisi actio illa sit consummata, non est locus excommunicationis: v. g. si excommunicatus quicumque occiderit Christianum: quatenus aliquis animo occidendi, mille vulnera lethalia Christiano inflipere, nisi mors sequatur, non erit excommunicatus. 9<sup>a</sup> non est Christiani occisio consummata. Unde quatenus conuenit aliquis percutere clericum lancea, sagittis, lapidibus etc., nisi lancea, aut sagitta, aut lapidis ictus pertingat ad clericum personam, non incurrat excommunicationem lata

contra

contra percutientes clericos; quia manus violente in-  
jectio non est in tali casu consummata; consummat enim  
tatione ipsius clerici, et non aliter, et sic de alijs. Di-  
cit Caetanus: ita quod, regulariter loquendo, nisi actio  
illa sit consummata, non est locus excommunicationi; quod  
potest esse quod dicitur aliquis casus in quo ~~invenitur~~ actio, licet  
non sit consummata, subiaceat excommunicationi, ut  
esset, si superior ferens excommunicationem exprime-  
ret in lege, monitorio, vel edicto, quod ~~inveniret~~  
excommunicatio ~~per~~ tales, vel talem actionem facien-  
do, etiamsi talis actio non sit consummata, sed solum  
attentata, et imperfecta.

nu. 3.

Ex parte autem agentis a quo  
egreditur actio, exprimitur quod sit agens eliciens, seu  
exercens illam actionem; ita quod si excommunicatus  
occidens christianum, excommunicatus est, qui occidit,  
non autem ille, qui mandavit occidere. Et ratio est, quod  
in jure non dicitur vere agere, nisi illi, qui faciunt,  
hoc est exercent, seu exequuntur actionem illam,  
que excommunicationi subijcit; consulens autem  
aut mandans, solum dicit interpretative facere.  
In cuius signum quando Canonis Conditor vult comprehen-  
dere, non solum facientes, sed etiam cooperantes, extendit  
apponendo quandoque: et quicumque dederit consilium,  
auxilium, vel fauorem; quandoque: et quicumque man-  
daverit; quandoque: et qui fuerit mediator. Ex his  
enim, et similibus appositionibus significatur, quod  
nisi appositiones huiusmodi fierent, soli facientes  
essent excommunicati; et propterea oportet lecto-  
rem, et confessorum esse cautum, ne sit preceptum ad  
iudicandum cooperatores excommunicatos. Legat  
igitur diligenter verba textus, seu legis, vel

editi, et videat quas actiones excommunicat:  
 et solo facientes illas actiones iudicet excom-  
 municato, nisi etiam in canone, lege, vel edic-  
 to excommunicentur dantes consilium, auxili-  
 um, favorem etc. = Nec obstat dictis, ait  
 Caetang, excommunicatio juris communis con-  
 tra participantes in crimine criminoso vel  
 excommunicatis; q<sup>a</sup> illa loquitur de participio  
 cum iam excommunicato; ita quod presupponit  
 iam excommunicatum, ut notat, et explicat ex  
 proposito postea idem Caetang in eadem summa v.  
 excommunicatio cap. 47.

nu. 4.

Notabile 2<sup>o</sup>.

Secundum quod est notandum  
 est, inquit Caetang, quod actiones cooperative  
 dupliciter excommunicationi subiiciuntur. Pri-  
 mo, per modum extensionis, seu cooperationis: ut  
 quum excommunicantur iniuriantes manu vio-  
 lentes in clericum, et omnes qui ad hoc dederint  
 mandatum, consilium, auxilium, favorem etc.; et sic  
 quatenus aliquis mandat, consulat, auxi-  
 lietur, fauceat etc., si non sequitur effectus, sci-  
 licet violenta manu injectio in clericum, non incur-  
 ritur excommunicatio; q<sup>a</sup> actiones istae sic non excom-  
 municantur, nisi quatenus cooperative sunt; non  
 sunt autem quatenus cooperative consummate, nisi  
 terminentur ad opus principale excommunicatum,  
 seu excommunicati subiectum, scilicet ad injectio-  
 nem manu violenta in clericum; et sic de simili-  
 bus intellige.

nu. 5.

Alio vero modo subiiciuntur excommunica-  
 tioni per modum proprie actionis: ut quum excom-  
 municat.



municat. religioſus dicens aliquid, ut retrahat au-  
dientes a ſolutione decimarum eccleſijs debitaru.  
non enim exigit. ad incurſu huius excommunicationis,  
ut illud dicere uſuruet. ad effectus retrahio-  
nis a ſolutione decimarum, ut ſcilicet ex illo dice-  
re audiens de facto retrahat. a ſolutione decimarum,  
ſed confirmatum eſt in hoc ipſo qd dicere illud fit in  
tali intentione; quia tale dicere excommunicationi  
ſubijcit. per modum cuiusdam actionis in ſe.  
Fuiſſet autem per modum extensionis, ſi tunc ex-  
communicaret principaliter non ſoluentes decimas,  
et accessorie dicentes ad retrahendu, et ſic de  
ſimilibus intellige. = Premiffa igit. prefata  
doctrina Caetani, referam nunc excommunicationes  
ſynodales late ſententiae, et quae ipſo facto incur-  
runtur, illarum ſaritate qua poterit ~~explicare~~, ex-  
plicabo, inſequendo, quatuſ poterit, methodu ipſa  
qua utitur Caetanus ipſe in ſumma v. excommu-  
nicatio, explicando excommunicationes ~~quas~~  
~~quas~~, quas ibidem explicat.

nu. 6.  
Nota qd hic di-  
citur.

**S**ed ante qua aggrediar  
explicationem dictarum excommunicationum  
ſciendu eſt, qd dñs episcopos in pluribus legibus ſy-  
nodalibus comprehendit excommunicatione in eis la-  
ta, etiam regulares, et ad illos eas extendit: ductus,  
ut arbitror, hoc fundamento, videlicet, qd in visi-  
tatione, habet etiam auctoritateſ delegati ſedis  
Apoſtolice, juxta Conſiliu Tridentinu ſeſſio. 24.  
de reformatione cap. 10., in vi cuius auctorita-  
tis Delegati Apoſtolici exiſtimat ſe poſſe edere le-  
ges ex reſultatis in viſitatione, comprehendentes

6.  
etiam regulares, et censuris posse illos astringere  
ad illarum observantiam. Sed cum Regulares ho-  
die habeant privilegia, ita illos eximentes a ju-  
risdictione Episcoporum, ut nec legibus synodalibus  
ipsorum, nec censuris latis in prefatis legibus  
astringantur, restat videndum. Et forsitan, si deo  
favente adsit mihi vita, et salus sufficiens, con-  
sula dictarum excommunicationum synodaliu ex-  
plicatione, tractabo ~~per~~ de facto Regulares ho-  
die habeant predicta privilegia. Sed quia plu-  
res leges synodales continentes excommunicationes,  
pro ut jacent, et continentur in synodo, compre-  
hendunt regulares, supponentes regulares non hos-  
bere hodie privilegia dicte qualitatis, ideo  
illas explicabo pro majori claritate, pro ut  
jacent, et ex presupposito, quod de facto non  
adsint talia privilegia, et comprehendantur  
Regulares sub illis.

### §. I.

Prima excommunicatio synodalis late sen-  
tentie est contra baptizantes extra casum  
necessitatis, ~~in~~ in pro-  
prijs ~~domibus~~, seu privatis domibus.

1<sup>a</sup> excommunicatio = In synodo novissima D. D. Petri de Alagon Episcopi  
Majoricensis lib. 1. titulo 3. de sacram. Baptismi  
cap. 10. sic dicit: synodo annuente sancimus nul-  
lus unquamq; statq; gradq; et conditionis sub ma-  
joris excommunicationis pena late sent. et ipso facto  
incurrende, in domibus privatis baptismu minist-  
trare audeat, casu necessitatis excepto.

Lex ista synodalis est clara; nam quo ad personas, quas  
subijcit excommunicationi est universalis, ut forte sub-  
ijcit ei absq[ue] distinctione omnes personas unigenit[is] statu  
gradu, et conditionis sint, ut patet ex textu. Quo ad  
actiones vero unam tantu[m] punit dicta pena excom-  
municationis, scilicet ministrare baptismum  
seu baptizare in domib[us] privatis extra casum  
necessitatis. Unde si quis, sine vi, sine muli-  
er extra casu[m] necessitatis baptiset, seu ministra-  
t alicui sacramentu[m] Baptismi in domo privata  
incurrat ipso facto excommunicatione. Sacrame-  
tu[m] ergo baptismi, casu necessitatis excepto, sem-  
per debet ministrari in ecclesia, juxta Clemen-  
tinam unical de Baptismo

§. 2.

Secunda excommunicatio synodalis late senten-  
tie est contra confessarios absolventes penitentes  
a casib[us] d[omi]no episcopo reservatis, preterquam  
in mortis articulo.

2<sup>a</sup> excommuni-  
catio. In relata synodo lib. 1. titulo 4. cap. 7. sic dicit:  
Infrascriptoru[m] delictoru[m] absolutione[m] nobis re-  
servamus (loquit. de casib[us] relatis in dicto capite  
quoru[m] absolutione[m] sibi reservat d[omi]n[us] episcopus)  
ut fideles ab illis perpetrandis coerceant. et  
sub excommunicationis majoris late sententia  
pena illis incurrenda precipimus, nullis con-  
fessariis talib[us] delictis irritato penitentes absol-  
vere audent, preterquam in mortis articulo.

Loquitur

Loquitur lex ista de absolutione a casibus dno episcopo reservatis, facta absque licentia previa ipsius dno episcopi, et absque privilegio bulle cruce, aut alterius privilegij summi Pontificis concedentis de facto facultate confessario absolventi a dictis casibus. Et talis lex, quo ad personas, quas subijcit excommunicationi, est particularis, in eo quod ei subijciat tantum unum genus personarum scilicet confessarios. Eius actiones vero una sola punit, videlicet absolute vere extra mortis articulum penitentes a casibus episcopo reservatis. Unde si confessarius extra mortis articulum absque licentia episcopi, et absque privilegio bulle cruce, aut alterius privilegij sedis Apostolicę, absolvat penitentes a casibus episcopo reservatis incurreret ipso facto excommunicationem; non autem illam incurreret, si illum absolvat in mortis articulo; in absolute vere penitentes a dictis casibus ~~excommunicationi~~ in articulo mortis exigiat. in textu a regula generali.

### §. 3.

Tertia excommunicatio synodalis late sententie est contra confessarios absolventes pro prima vice mulierem cum quibus in copula carnalem opere consummato lapsi fuerint, a tali peccato.

Excommunicatio  
3<sup>a</sup>.  
In precipitata synodo lib. 1. titulo 5. cap. 16. sic dicit: Interdicimus confessariis omnibus, tam

Textus.

secularibus, quas Regularibus sub excommunicationis  
pena ipso facto incurrenda, ne cogites, seu foras  
crimini mulieres absoluant in quibus in copula  
carnalem opere consummato lapsi fuerint; quatenus  
enim ad hoc ipsorum licentiam limitamus, ne ex facilitate  
absolventi arripiant. anxia peccandi; que Constitutio  
intelligenda est, non posse confessorio foras sui  
crimini mulieres absolvere pro qualibet prima  
vice, qua tale peccatum confitentur; non vero extendenda  
est Constitutio ad illas mulieres, que jam  
emendate, in tali confessorio peccatum illud jam  
confessas, vel alterum crimen sacramentaliter con-  
fitentur. In reliquis vero criminibus, ac peccatis  
nihil circa hoc innovamus.

Hec lex synodalis, que ad  
personas, quas subiecit excommunicationi, est par-  
ticularis; non solum comprehendat unam generis persona-  
rum scilicet confessorio. Quo ad actiones vero, una  
solum permittit dicta excommunicatione, scilicet absol-  
vere ~~mulieres a peccato copule carnalis, opere consum-~~  
~~matas habite in ipsis confessorio, pro prima~~  
mulieres a peccato copule carnalis, opere consum-  
mato habite in ipsis confessorio, pro prima  
vice, qua tales mulieres tale peccatum confite-  
tur. Unde si confessorio absoluat mulierem  
a peccato copule carnalis, habite opere consum-  
mato ab ipso confessorio in tali muliere, pro  
et illam absoluat pro prima vice, qua ipsa  
mulier confitet. tale peccatum, incurrat talis  
confessorio ipso facto excommunicationem. Si

20.  
vero dicta mulier jam emendata a tali peccato, ipsum peccatum jam confessum alteri confessario, iterum sacramentaliter confiteretur illi confessario cui quo talis copula habuit, et iste illam absolueret a tali peccato copulae carnalis, in tali casu non incurreret praedictam excommunicationem; quia constitutio synodalis solum loquitur in casu quo talis mulier pro prima vice confitetur praedictam copulam carnalem, ut constat ex textu.

Notabile 1<sup>us</sup>.

Pro perfecta autem intelligentia praedictorum, Notandum est 1<sup>o</sup>, quod si confessarius absoluat mulierem a peccato copulae carnalis habite in ipsa opere consummato, pro prima vice qua talis mulier dictum peccatum confitetur, non solum incurrit talis confessarius ipso facto excommunicationem, sed etiam facit sacramentum genititiae nullum, etiamsi talis mulier ei confiteatur alia peccata; quia in tali casu non habet jurisdictionem ad absolvendam dictam mulierem a peccato dictae copulae carnalis; cui ad absolvendam a tali peccato in dicto casu habeat licentiam limitatam per leges ipsas synodales quas explicamus, ut constat ex textu; et cum unum peccatum non possit absolvi sacramentaliter sine alio, fit inde quod quavis talis mulier in tali casu ei confiteatur alia peccata praeter peccatum dictae copulae carnalis, et confessarius illam absoluat, nullum peccatum in re, et de facto absoluit, defectu jurisdictionis; et consequenter facit in tali casu sacramentum nullum.

Notandum 2<sup>o</sup>

1.  
Notandum est 2.º quod ad hoc ut Confessarius incurrat  
predictam excommunicationem absolvendo in casu sibi  
prohibito mulierem in qua habuit copulam carnalem,  
requiritur quod talis copula carnalis fuerit in se-  
minatione intra vas mulieris; quia lex sy-  
nodalis ferens dictam excommunicationem contra con-  
fessarios absolventes mulieres ab a peccato copula  
carnalis habite in ipsis, pro 1.ª vice, qua tales  
mulieres tale peccatum confitentur, loquitur de co-  
pula carnali opere consummata, ut patet ex  
textu ipsius legis supra adducti. copula autem  
carnalis viri in muliere non est, nec intelli-  
gitur consummata, nisi detur seminatio viri intra  
vas mulieris, ut constat ex doctrina Bonacine  
tom. 1.º q. 4.ª de Matrimonio. pulito 16. nu. 4. et patet  
quod copula carnalis viri in muliere ordinatur  
per se ad effusionem seminis virilis intra vas femi-  
neum. ~~et patet~~

Notandum est 3.º quod si Confessarius in muliere  
se sibi sociam, et copulice committat quodlibet aliud  
delictum distinctum a copula carnali, v. g. furtum,  
vel homicidium etc., ~~quod~~ et talis Confessarius ab-  
solvat sacramentaliter talem mulierem a tali  
peccato, etiamsi sit pro prima vice, qua talis mu-  
lier confitetur predictum peccatum, non incurrit hanc  
excommunicationem latalam in hac lege synodali  
quam explicamus; quia talis lex, ut declarat.  
in ipsa, solum loquitur de Confessariis absolventi-  
bus mulieres sibi socias seu copulice in ~~copula~~ co-  
pula carnali opere consummato, si illas absol-  
vat pro prima vice, qua talis mulieris pecca-  
tus

tus dicta copula carnalis confitent.; quatenus ve-  
ro ad alia peccata nihil statuit., neq; in-  
novatur circa hoc in prefata lege Synoda-  
li, ut in ipsa expresse dicit.

Interrogatio.

to a tali peccato

Peter modo: si confessari-  
us habeat copulam sodomiticam opere consummato  
cum aliqua muliere, et talis confessorius ab-  
solvat sacramentaliter<sup>to</sup> talem mulierem, pro  
prima vice, qua dicta mulier predictus pec-  
catu copule carnalis sodomitice confitetur,  
an incurrat excommunicationem latam in hac  
lege synodali?

Responso.

to opere consummato

videt. dicendum Et illud incurrere;  
quia talis copula sodomitica est vera copula  
carnalis confessorij cum tali muliere, et ipse  
confessorius illam absoluit a tali peccato pro  
id vice qua talis mulier dictu peccatu con-  
fitet., ut supponit in casu. — — — — —  
sed his no obstantibus, existimo ut probabile, il-  
lus no incurrere. Et ratio est; q<sup>a</sup> Copula car-  
nalis vivi cum muliere, absolute iuxta, accipi-  
tur, in commune modu, et usu loquendi, no pro  
quantu copula carnalis vivi cum muliere, sed  
pro copula carnali naturali, hoc est habita  
in vase naturali mulieris; qd patet, q<sup>a</sup> si  
quis dicat absolute, se habuisse copulam car-  
nalem cum aliqua muliere, accipimus, et in-  
telligimus communiter, talem copulam carna-  
lem fuisse in vase naturali mulieris. Lex  
autem synodalis, ut patet ex textu ipsius, lo-  
quitur absolute de copula carnali confessorij



in muliere; et consequenter accipienda est copula  
carnalis, de qua loquitur predicta lex, de copula  
carnali naturalis, seu habita in vase natu-  
rali; non verba legis intelligenda sunt; et ac-  
cipienda juxta communem usum, ut docent Layman  
tom. 1. lib. 1. tract. 4. cap. 18. nu. 5. Salas de le-  
gibus dign. 21. nu. 4. in 1<sup>a</sup> regula quod ponit  
pro lege interpretanda, et ibidem in regula 2<sup>a</sup>.  
§. At si ratio est, Suarez de legibus lib. 6. cap. 1.  
nu. 9. et alij; quia legislator censet. uti verbis  
juxta communem usum, ut docet Suarez de le-  
gibus lib. 7. cap. 17. nu. 9. quod sequitur Bonacina  
tom. 2. dissert. 1. de legibus q. 1. punto 3. n. 19.  
unde confessarius, juxta hanc doctrinam, in casu  
proposito non incurrit excommunicationem; quia  
lex penalis, qualis est lex ista synodalis, in illa lex  
odiosa, non est amplianda, seu extendenda, ad  
huc ob identitatem, vel paritatem rationis ad casus  
non expressos in lege, hoc est ad delicta non comprehen-  
sa sub significatione verborum legis, prout verba  
accipiuntur in ipsa lege, ut constat ex his que dixi in  
explicatione casuum reservatorum dno Episcopo in  
hoc Episcopatu Majoricensi pag. 18. nu. 18.; quod  
quidem est verum, etiam si delicta non expressa sint  
majora, ut docet Lelana 4<sup>a</sup> te v. Beneficia  
nu. 4. et constat etiam ex dictis in dicta explicatio-  
ne casuum reservatorum pag. 18. nu. 18.

Excommunicatio

4<sup>a</sup>. Hec ab Innocentio...

Quarta excommunicatio synodalis late etc. est contra confessarios recipientes a penitentibus, ratione administrationis sacramenti penitentiae, quasvis pecunie quantitates, siue munera, etiam sponte oblata, et quavis dona esculenta, siue poculenta. Quae quidem excommunicatio etiam extendit. a lege synodali contra eosdem confessarios in ~~alio~~ alio casu, qui est 3<sup>o</sup> infra positus.

In nouissima synodo d. d. Petri de Alago Episcopi Majoricensis lib. 1. titulo 5. cap. 21. excommunicat. Confessarij ipso facto in multis casibus.

1<sup>o</sup> casus.

1<sup>o</sup> excommunicat. ipso facto, si ratione administrationis sacramenti penitentiae, recipiat a penitentibus, quasvis pecunie quantitates.

2<sup>o</sup> casus.

2<sup>o</sup> excommunicat. confessarij ipso <sup>facto</sup>, si ratione administrationis sacramenti penitentiae, recipiat a penitentibus munera, etiam sponte oblata, imo, et quavis dona esculenta, et poculenta.

3<sup>o</sup> casus.

3<sup>o</sup> excommunicatur ipso facto confessarij penitentias imponentes in sui favorem, siue in sui utilitate, et comodum vendentes. Unde si penitentem habeat aliquas elemosynas ab ipso distribuendas, et confessarij illi imponat in penitentia proinde peccatorum, ut sibi dentur, vel portio illarum ab ipso penitente: vel si ei imponat in penitentia, ut faciat celebrare aliquas missas, et procuret sibi dari a penitente elemosynas illarum, ut ipse eas celebret, incurrat confessarij hae excommunicatione ipso facto; ~~et in casibus aliorum quibus in dictis casibus imponitur~~; 4<sup>o</sup> in dictis casibus imponit in sui

in sui favore, et comodo, seu utilitate penitentias  
penitenti. Et idem esset in quolibet alio casu in  
quo confessarius imponeret in sui favore, vel co-  
modo penitentias penitenti pro peccatis sibi confessis.

Pro intelligentia  
autem presentis excommunicationis synodalis in duo-  
bus primis casibus supra assignatis, in primo  
scilicet et secundo, notandum est, quod ad hoc  
ut confessarius incurrat excommunicationem, in 1.  
et 2. casu supra assignatis, recipiendo scilicet  
a penitentibus pecunias, vel munera etiam  
sponte oblata, aut dona esculenta, sine poculenta,  
requirit. quod illa recipiat a penitentibus, ratione  
administrationis sacramenti penitentiae; cum  
in lege solum exprimat. Legislatorem prohibere subdita  
pena confessariis ne praedicta recipiant a penitenti-  
bus ratione administrationis sacramenti penitentiae.  
Ecce enim verba formalia legis synodalis: Anathe-  
mate ipso facto damnamus quoscumque confessarios reci-  
pientes a penitentibus, ratione administrationis sac-  
ramenti penitentiae quoscumque pecunias quantitates,  
sive munera etiam sponte oblata, imo et quavis do-  
na esculenta, sine poculenta. Unde si confessarius  
non ratione administrationis sacramenti penite-  
ntiae, sed alio titulo recipiat praedicta a peniten-  
tibus non incurret praedictam excommunicationem  
~~veritas~~ in textu legis proxime citato adductam  
et relata in 1. et 2. casu pag. antecedenti.

Excommunicatio

5<sup>a</sup>.

§. 5.  
 Quinta excommunicatio synodalis late sententia est contra clericos, sive seculares, sive regulares, qui sacramentum Eucharistiae in suis ecclesijs publice adorandum exponunt absque licentia in scriptis dñi Episcopi, vel Vicarij Generalis, preterquam in solemnitate Corporis Christi, et eius octavis diebus, et in tertijs dñicis unguibet mensis.  
 Habet. hec excommunicatio in synodo novissima d. d. Petri de Alagon Episcopi Majoricensis lib. i. titulo 6. cap. 10.

Excommunicatio

6<sup>a</sup>.

§. 6.  
 Sexta excommunicatio synodalis late sententia est contra clericos, qui in suis ecclesijs in eadem dñica die publice adorandum exponunt sacramentum Eucharistiae, in matutinali scilicet officio, et majori, seu Parochiali missa.  
 Habet. hec excommunicatio in eodem precitato cap. 10.

Excommunicatio

7<sup>a</sup>.

§. 7.  
 Septima excommunicatio synodalis late sententia est contra laicos, qui feria 6<sup>a</sup> in Parasceve post extractum sollemnissimum eucharistiae sacramentum a tabernaculo, capita sua intra istud immittunt quasi vimantes, et servitantes. Et eadem excommunicatione incurrunt ecclesiastici praedictus intolerabilem abusus permittentes.  
 Habet. hec excommunicatio in eadem synodo lib. i. titulo 6. cap. 17. Et quomodo sit late sententia

patet ex eius tenore; quia eius tenor obcluditur  
 his verbis: quod incurrere volumus non tantum laicis  
sed hoc perpetrantes, verum et ecclesiasticis id per-  
mittentes. Idem enim est dicere: volo, vel volumus  
huc incurrere excommunicationem, ac dicere:  
volo, vel volumus huc esse excommunicatum; quo-  
 ties autem sub hac forma fertur excommunicatio,  
 censetur esse lata sententia, ut constat ex doctrina  
 Bonacinae tom. 1. disput. 1. de censuris in com-  
 muni q. 1.<sup>a</sup> p. 1.<sup>o</sup> n. 6. regula 3.<sup>a</sup> quam  
 ibidem adducit ad cognoscendum quod excommunica-  
 tio sit lata sententia, et consequenter prefata  
 excommunicatio huius §. 7. censeri debet ex-  
 communicatio lata sententia.

§. 8.

Excommunicatio  
8.<sup>a</sup>.

Octava Excommunicatio synodalis lata sententia  
 est contra exercentes officium exorciste absque  
 licentia in scriptis dñi Episcopi, vel vicarij  
 Generalis.

Habet. hec excommunicatio in premitata synodo  
 lib. 1. titulo 8. cap. 16.

§. 9.

Excommunicatio  
9.<sup>a</sup>.  
Est reservata dño  
Episcopo.

Nona Excommunicatio synodalis lata sententia  
 est contra contrahentes matrimonium de facto  
 absque licentia dñi Episcopi per litteras obtesta-  
 tivas. Quos excommunicationem etiam ipso facto incur-  
 runt testes tali matrimonio assistentes, nec

nō illud consentientes, procurantes, consulentes, et quomodolibet coadiuvantes, et fauētes. Hęc excommunicatio est reservata dño Episcopo, ut pōte nō potest absolvi sine gravi penitentia delinquenti imponenda ab ipso Episcopo, ut dicit. In synodo, loco statim citado.

Textus.

In novissima synodo lib. 1. titulo 9. cap. 1. sic dicit: sub excommunicationis majoris late sententię incursum prohibemus neminem absq̃ facultate nostra per litteras obtenta matrimonium de facto contrahere audere. Quos excommunicatione etiā uti tōti sceleris participes incurvere volumus testes Matrimonio tali assistentes, nec nō illud consentientes, procurantes, consulentes, et quomodolibet coadiuvantes, et fauētes. A qua censura nō sine gravi penitentia per nos imponenda absolventur.

Hęc lex synodalis punit pena excommunicationis late sentē unā solā actionē principālē, et plures accessorias, seu minō principāles. Actio principālis, quā punit dicta pena, est contrahere de facto matrimonium absq̃ facultate episcopi per litteras obtenta. Accessorie autē sunt assistere testes tali matrimonio, illud consentire, procurare, consulere, quomodolibet coadiuvare, et fauere. Unde patet quas personas subijciat prefata lex huic excommunicationi; nō quo ad actionē principālē subijcit ei omnes et solas personas, quę de facto contrahūt matrimonium absq̃ dicta licētia dicto modo obtenta. Quo ad actiones vero accessorias, et minō principāles subijcit

dicte excommunicationi plura genera personarum;  
 1.º enim ei subijcit testes assistentes tali matrimonio.  
 2.º illud consentientes. 3.º illud procuratores. 4.º illud  
 consulentes. 5.º quomodolibet ad ipsum coadiuvantes.  
 et 6.º ei parentes.

Pro unig. maiori intelligentia no-  
 tandum est 1.º qd ad hoc ut testes assistentes prefato  
 matrimonio incurrat excommunicationem no sufficit  
 quilibet assistentia, sed requirit. qd talis assistentia  
 fiat ex proposito, et voluntarie tali matrimonio, no  
 obstante dicta prohibitione; qd si sic no fiat, no  
 erit peccaminosa; ac per consequens, nec subiecta  
 dicte excommunicationi. Unde si vir, et femina vo-  
 lentes de facto contrahere matrimonium, sine faul-  
 tate episcopi per litteras obtenta se presentarent co-  
 ras Parrocho ipsorum existente simul cu alijs personis  
 in ecclesia, vel in alio loco, et repente coras ipso Par-  
 rocho, et alijs predictis personis contraheret de facto  
 matrimonium, inusultario Parrocho, et inusulta-  
 rijs predictis personis circa talem extractionem ma-  
 trimonij, in tali casu quavis dicte persone esset  
 testes ~~offo~~ talis matrimonij, et ei assisteret, no  
 incurreret excommunicationem, no talis assistentia  
 in tali casu no esset malitiosa, nec eis voluntaria.

Notandum est 2.º circa  
 consentientes predicto matrimonio ~~alibi~~, qd 2.º potest  
 quis consentire illi: uno modo pure interne: alio vero  
 modo externe, manifestando scilicet exteris per ver-  
 ba, vel per signa, aut per facta, consensum interio-  
 rem voluntatis. Ad hoc autem ut consentientes ma-  
 trimonio, celebrando abqz facultate episcopi per  
 litteras obtenta, incurrant excommunicationem,

no sufficit quod talis consensus sit pure internus; quia actus pure interni no subdunt iudicio ecclesie, ut se- runt communiter doctores; sed talis consensus debet esse externus, hoc est externe manifestatus per verba, vel per signa, aut per facta.

Notandum est 3o, qd ad hoc ut predictae actiones accessorie, et mino principalis sub- ieriat excommunicationi, et illas exercentes sint ex- communicati, requiritur quod actio principalis de facto sequatur, ut constat ex doctrina Caetani supra adducta in preambulo pag. 4. notabili 2o. nu. 4. et ex doctrina Bonacini tom. 3. disput. 2. q. 2. punto 2o. nu. 12. et disput. 1. q. 13. punto 3. nu. 5. et pluri- bus alijs in locis eiusdem tom. 3i; et consequenter cum actio principalis, que per hanc lege synodalis subdi- tur excommunicatio, sit contracta de facto matri- monium absq facultate episcopi per litteras obten- ta, fit inde qd nisi de facto contractat. matri- monium absq dicta facultate dicto modo obtenta predictae actiones accessorie, et mino principalis, quavis fiat, no subdient excommunica- tioni, nec illas exercentes erunt excommunicati, quavis peccent illas exerendo.

§. 10.

Excommunicatio  
10.

Decima excommunicatio synodalis late sententia est. contra contractantes matrimonium, qui intra du- o menses post Matrimonij celebratione missas no audiunt, et nuptiales benedictiones a proprio Par- rocho no recipiunt.

In synodo nouissima lib. 1. titulo 9. cap. 13. sic dicit.



Textus.

Dicit: sub excommunicationis majoris late sententia  
pena precipimus, ne ultra duos menses post Ma-  
trimonii celebrationem differant conjuges missam  
audire, et nuptiales benedictiones a proprio Pa-  
rocho recipere.

Hæc lex synodalis, quo ad personas, quas  
subijcit excommunicationi, est particularis, ut patet  
comprehendit solum conjuges. ~~Et~~ et  
illa incurrit, si post celebrationem matrimonii,  
intra duos menses non audiant missam, in qua re-  
cipiant benedictiones nuptiales a proprio Parrocho.  
Et nota quod quævis lex synodalis precipiat ~~conjugibus~~  
conjugibus, quod recipiant nuptiales benedictiones a  
proprio Parrocho, intelligenda est sic, id est a  
proprio Parrocho, vel ab alio sacerdote de licen-  
tia proprii Parrochi, aut de licentia ordinarij; quod  
iuxta Consiliū Trident. sessio. 24. cap. 1. de refor-  
matione Matrimonij, tam Ordinarij, quam proprii  
Parrochi, conjugum potest concedere alteri sacerdoti,  
quod offerat dictis conjugibus benedictiones nuptia-  
les. unde si aliquis sacerdos, sine seculari, sine  
regulari, de licentia Ordinarij, vel proprii Par-  
rochi conjugum, offerat eis benedictiones nuptiales,  
non incurret dicti conjugum dictam excommunicatio-  
nem, nec talis sacerdos aliquam penam incurret.  
si vero conjuges recipiant sicut benedictiones nup-  
tiales ab aliquo sacerdote sine licentia Ordina-  
rij, aut proprii Parrochi ipsorum conjugum, incurrent  
conjuges dictam excommunicationem; in eis precipiat  
in hac lege synodali sub pena excommunicationis  
late sententia, ut tempore prescripto in ipsa lege, dictas

nuptiales benedictiones recipiant a proprio Parrocho, a proprio scilicet Parrocho, vel ab alio sacerdote de illius licentia, aut de licentia Ordinarij, ut supra dictum est: et sacerdos predictas benedictiones nuptiales conferens in tali casu absque licentia nec Ordinarij, nec proprij Parrochi conjugum, siue sit secularis, siue regularis, est ipso jure suspensus, donec ab Ordinario eius Parrochi a quo benedictio suscipienda erat, absoluat. a tali suspensione, ut decernit. in Consilio Trid. sessio. 24. cap. 1. de Reformatione matrimonij. — An autem sacerdos regularis benedicendo conjuges, seu eis conferendo benedictiones nuptiales sine predicta licentia, praeter suspensionem, incurrat etiam excommunicationem latam in Clementina 1. de privilegijs, est controuersum inter doctores; Bonaina tom. 1. q. 4. de matrimonio pu. 6. nu. 3. docet cum alijs doctoribus contra Navarra, ~~et in~~ dictum sacerdotem regularem in tali casu non incurrere talem excommunicationem.

Proprij Parrochi respectu conjugum ad hunc effectum conferendi eis benedictiones nuptiales, est ille qui est proprius Parrochus illorum ad assistendum celebrationi, seu contractioni Matrimonij ipsorum, ut docent Sanchez lib. 7. de Matrimonio disput. 82. nu. 4. et Bonaina tom. 1. q. 4. de matrimo. pu. 6. nu. 3. in fine, se referens ad ea quae dixerat ibidem q. 2. de matrimo. pu. 6. de assistentia proprij Parrochi in matrimonio. Tunc autem aliquis Parrochus dicit. proprius Parrochus respectu aliquorum ad hunc effectum assistendi celebrationi matrimonij; et consequenter etiam ad eis

ministrandis sacramenta Baptismi, Penitentiae, Eucharistiae, et extremae unctionis, quando illi pro maiori anni parte commoratur, seu inhabitat in Parrochia talis Parrochi, quavis domicilium perpetuum non habeat in illa. Ita Sanchez lib. 3. de Matrimonio disput. 23. nu. 13. propter doctrinam, et rationes quas adducit ibidem nu. 12. pro 2. sententia, quam ipse amplectitur ut verior. Idem sentit Bonacina tom. 1. q. 2. de Matrimonio. quæsto 8. nu. 1. 2. et 3. Imò ad hoc ut aliquis officiat, et sint Parrochiani alii: cuius Parrochie, ac proinde Parrochi talis Parrochie sit proprius Parrochus illorum ad predictum effectum, non requiritur necessario, quod iam habitauerint de facto et in re maiori anni parte in tali Parrochia, sed sufficit quod in re inceperint habitationem in prefata Parrochia cum intentione habitandi in illa maiori anni parte, taliter quod incepta iam habitatione in tali Parrochia cum dicta intentione, iam de facto incipiunt esse Parrochiani illius Parrochie, et Parrochus istis incipit iam etiam ex tunc esse proprius Parrochus illorum ad effectum supra dictum. Ita Sanchez loco citato nu. 14. et Bonacina loco supra citato, cum alijs doctoribus ab ipsis velatis. Videat. Sanchez disput. 23. citata per totum, et etiam Bonacina in quæsto 8. præcitato.

Interrogatio 1a.

Petitur nunc 1.º: quando conjuges contrahentes matrimonium, sunt diversarum Parrochiarum, a quo Parrocho debet benedictio, seu recipere benedictiones nuptiales, a Parrocho scilicet viri, vel a Parrocho mulieris?

Responsio.

Sanchez lib. 7. de Matrimonio disput. 32. nu. 4., et

Bonacina tom. 1. q. 4. de Matrimonio pulto 6. nu. 3.  
in fine referit se ad ea que dixerat q. 2. de matrimo.  
pulto 8. nu. 7. sentiunt posse dictas benedictiones nup-  
tiales recipere a quolibet ex dictis Parrochis: sicuti  
quilibet illorum poterat assistere celebrationi matri-  
monij predictorum conjugum, ut docet ipse Sanchez loco  
citato ~~et lib. 3. disput. 19. nu. 4. et se-~~  
quentibus et etiam Bonacina in premitata q. 2. de  
de matrimonio pulto 8. nu. 7. Notandum est tamen  
qd si celebrato matrimonio in Parrochia mulieris  
in casu proposito, mulier se transferat ad vivi Par-  
rochia, cum animo, et intentione jam habitandi  
in domo vivi perpetuo, vitam maritalis duendo in  
illo, et talis translatio fiat, videtur receptis benedictio-  
nibus nuptialibus, tunc jam facta tali translatione, non  
possunt tales conjuges recipere benedictiones nuptiales  
a Parrocho mulieris (hoc est a Parrocho, qui  
erat proprius Parrochus mulieris, qdo celebrate  
fuerunt nuptie) absq. licentia Parrochi vivi, vel ordi-  
narij; qd talis mulier ex vi dicte translationis in  
domu mariti, jam desinit esse Parrochiana illius  
Parrochi, qui erat suus proprius Parrochus, qdo cele-  
brate fuerunt nuptie, et incipit esse jam parrochia-  
na Parrochi sui mariti, ut docet Sanchez lib. 3.  
de matrimo. disput. 23. nu. 15.; et consequenter  
a Parrocho vivi, qui tunc non solum est proprius Pa-  
rochus vivi, sed etiam ipsius mulieris, debet  
in tali casu tales conjuges recipere benedictio-  
nes nuptiales; et si velint illas recipere ab  
illo Parrocho, qui antea fuerat proprius  
Parrochus dicte mulieris, vel ab alio sacerdote,  
non potest fieri absq. previa licentia ~~dicti~~  
prefati

75  
prefati Parochi vivi, aut Ordinarij; q<sup>a</sup> ut decer-  
nitur in Consilio Tridentino Sessio. 24. cap. 1. de  
reformatione Matrimonij, conjuges celebrato matri-  
monio, nō possunt recipere benedictiones nuptiales,  
nisi a proprio Parrocho, taliter qd nullus alius  
sacerdos potest illas eis offerre, nisi de licentia  
proprij Parrochi, aut Ordinarij, ut disponitur  
in dicto Consilio Trid. loco citato. Videat. Sanchez  
in tribus locis supra citatis in hac responsio-  
ne.

Interrogatio 2<sup>a</sup>. Petes 2<sup>o</sup>: an in secundis nuptijs benedicendi sint  
conjuges, seu recipere debeant benedictiones nuptiales?  
Circum hac difficultate dant.

Responsio.

plures opiniones, quas refert Sanchez lib. 7. de matri-  
monio disput. 82. a nu. 11. sed illis omissis, Respon-  
deo ad difficultatem, et dico: ~~Attento~~ Attento jure  
comuni ecclesiastico, si uterq<sup>3</sup> conjugum, vel alter illo-  
rum in primis nuptijs benedictionem accepit, non  
est in secundis nuptijs benedictio impertienda conjugibus,  
seu nō debet conjuges recipere benedictiones nuptiales,  
seu ante si neuter conjugum in primis nuptijs be-  
nedictionem acceperit. Ita Sanchez loco citato nu. 15  
cum pluribus doctoribus ab ipso ibidem relatis. Et proba-  
tur ex Cap. VII. de secundis nuptijs. ubi sic dicitur:  
Vir autem vel mulier ad bigamiam transiens nō  
debet a presbitero benediri, quia cum alia vice be-  
nedicti sint, eorū benedictio iterari nō debet. Ubi  
textus nō ponderavit (inquit Sanchez), sine nuptijs  
sint 2<sup>o</sup> ex parte viri, sine ex parte femine, sine  
ex parte utriusq<sup>3</sup>, sed sola benedictionem in

prioribus nuptiis accepta, ne ea iteret. et loqui-  
 tur textus de iudic. c. 1. §. 1. Vir, vel mulier: (si enim  
 habet. in decretalibus Gregorianis emendationibus)  
 Ergo ubi alteruter coniugum, vel uterque benedictio-  
 nes accepit in priori conjugio, prohibet. ergo ite-  
~~ratio: et tamen modo in dictis casibus prohibetur~~  
~~beneficentia in secundis nuptiis; et consequenter si neu-~~  
~~ter coniugum fuerit benedictus in primis nuptiis, sicut~~  
~~benedicendi in secundis nuptiis; ut dicitur preceptum~~  
~~recepit benedictionem nuptialis contrahentibus ma-~~  
~~trimonium, ut docet ipse Sanchez ibidem nu. 6. quod~~  
~~colligitur ex cap. Nuptiales. 30. q. 4. et in hac nostra~~  
~~diocesi Majoricensi est expressus tale preceptum in~~  
~~synodo; ac proinde si coniuges traierint ad secundas~~  
~~nuptias, et neuter illorum recepit benedictionem~~  
~~nuptialis in prioribus nuptiis, debet sub precepto il-~~  
~~las recipere in secundis nuptiis; et si in hac~~  
~~diocesi illas non recipiat intra duos menses, erit ip-~~  
~~so facto excommunicatus.~~

Nec obstat dicere contra predicta  
 quod textus in dicto cap. Vir. assignat rationem, qua-  
 re coniuges in secundis nuptiis non sunt benedicendi,  
 utitur numero plurali dicens: quia in alia vice  
scilicet in prioribus nuptiis, benedicti sunt, eorum  
beneficentia iterari non debet: ergo ius Canonicum  
 solum videt prohibere benedictionem coniugum in se-  
 cundis nuptiis, quod uterque coniugum fuerit benedictus in  
 prioribus nuptiis; et consequenter si alter coniugum  
 factus receperit benedictionem nuptialis in priori-  
 bus nuptiis, debet ab eo illas recipere in secundis nup-  
 tiis. — Non inquam hoc obstat, ut bene docet San-  
 ches lib. 7. de matrimo. disput. 82. nu. 15. nam  
 in textu in principio dicti cap. Vir. iam loquuntur

27  
fuisse disjunctive, dicens: vir autem, vel mulier ad biga-  
miam transiens, non debet a presbitero benedici, usus  
est postea numero plurali, ut sic comprehenderet utrum-  
que conjugem, quasi diceret, siue vir, siue mulier  
benedicti sint in prioribus nuptiis, eorum benedictio  
iterari non debet in secundis nuptiis; et consequenter  
attento iure communi ecclesiastico, siue uterq[ue], siue  
alter tantum conjugum in primis nuptiis benedictionem  
acceperit, non est in secundis nuptiis benedictio nuptia-  
lis conjugibus impertienda.

Nec contra hoc est quod ait A. D.  
in 4. dist. 42. q. 3. art. 2. ad 2<sup>m</sup>; ait enim quod  
benedictio subtrahit a secundis nuptiis, solummodo  
nuptie sunt secundae et ex parte utriusq[ue] conjugis, aut  
ex parte mulieris tantum; ~~et non ex parte viri~~  
~~et non ex parte utriusq[ue] conjugis~~ si vero virgo contrahat cum viro qui  
habuit aliam uxorem, nihilominus nuptie benediciuntur.  
ergo 2<sup>m</sup> d. T. si vir viduus transierit ad secundas nup-  
tias, et nubat, seu contrahat cum virgine, quod  
acceperit benedictiones nuptiales in primis nuptiis  
nihilominus sunt benedicende secundae nuptie: quod  
videt esse contra nostras resolutiones.

Sed si bene inspiciatur mens d. T., nihil dicit contra  
predictas nostras resolutiones. Pro cuius intelligentia  
notandum est, quod ex duplici capite subtrahuntur  
benedictiones nuptiales ~~non~~ a secundis nuptiis: 1.  
ex defectu sacramenti; secundum enim matrimo-  
nium, si sit secundum ex parte ~~utriusq[ue] conjugis~~ mulieris  
tantum, aut sit secundum ex parte utriusq[ue] conjugis, quo-  
vis in se consideratum sit perfectum sacramentum, ta-  
men in ordine ad primum consideratum, habet aliquod  
de defectu sacramenti; quod non habet plenam significati-  
onem, cum non sit una unio, sicut est in matrimonio

28.  
xpi, et ecclesie; et ratione huius defecto, ait A. D. loco  
citato, benedictio a secundis nuptiis subtrahit, quod  
nuptie sunt secundae vel ex parte utriusque conjugis, vel  
ex parte mulieris tantum: Si enim virgo contrahat cum  
viro, qui habuit alias uxores, nihilominus nuptie be-  
nedicuntur, inquit D. T. ibidem; saluat enim aliquo  
modo in tali matrimonio significatio etiam in  
ordine ad primas nuptias; quia xpi etiam unam  
ecclesiam sponsam habeat, habet tamen plures per-  
sonas deponatas in una ecclesia: sed anima non  
potest esse sponsa alteri, quam xpi, quia aliam cum de-  
mone fornicat, nec est ibi matrimonium spiri-  
tuale; et propter hoc quando mulier secundo  
nubit, nuptie non benedicuntur propter defectum  
sacramenti. 2. subtrahuntur benedictiones  
nuptiales a secundis nuptiis ne iteret benedictio  
nuptialis in persona semel benedicta; deducere  
enim videt, inquit Sacer lib. 7. de matrimonio  
dign. 82. nu. 16, ut sollemnes verus, aut persona:  
rum benedictiones, quales sunt observatio ecclesie,  
altarium, virginum, nuptiarum, in eadem re, vel per-  
sona iterent, ne relinquantur. Itaque quod  
A. D. dicit loco citato quod nuptie vidui cum  
virgine benedicuntur, id est, non prohibentur benedici,  
mens D. T. est, quod non prohibentur benedici ex  
defectu sacramenti, propter rationes supra affig-  
natas ab eodem A. D.; non vero negat D. T. loco  
citato quod tales nuptie non prohibentur benedici ex  
2. capite, ex quo prohibentur benedictiones nupti-  
ales in secundis nuptiis, videlicet ne iteretur  
benedictio nuptialis in persona iam semel bene-  
dicta; cum D. T. nullam mentionem faciat loco citato  
huius capitis, sed tantum primi capitis ex quo  
subtrahuntur benedictiones nuptiales a secundis



nuptijs. Unde eū ius Canonium in premitato cap. vii.  
de secundis nuptijs, prohibeat benedictiones secundas  
vnum nuptiarum, ne iteret benedictio, ut constat ex  
textu, secundus est, qd attento iure Canonico, per  
attento iure comuni ecclesiastico, si uterq; conjux;  
vel alter illorum, sine sit vir, sine mulier, jam bene-  
dictione accepit in primis nuptijs, nō est in secun-  
dis nuptijs benedictio nuptialis impertienda conjugi-  
bus, nisi videtur contrahat ad virgine; qd alias  
iteraret benedictio nuptialis in eade persona,  
jam semel benedicta in prioribus nuptijs; qd quic-  
dem prohibetur a iure Canonico in dicto cap. vii.

Sed licet ~~attenti-~~  
to iure Canonico nō sit impertienda benedictio  
nuptialis conjugibus in secundis nuptijs, si uterq;  
conjux, vel alter illorum fuerit jam benedictus in pri-  
mis nuptijs; tamen si in aliquo <sup>loco</sup> civitate, Provin-  
cia, vel Regno adsit consuetudo legitime introdu-  
ta, qd qd nuptie sūt secundae ex parte unius tantum  
conjugis, impertiat benedictio nuptialis conjugibus  
in talibus nuptijs, licet alter illorum jam recepe-  
rit benedictiones nuptiales in primis nuptijs,  
poterunt conjuges nō obstante prohibitione pre-  
mitati cap. vii. de secundis nuptijs, licite reci-  
pere benedictiones nuptiales in secundis nuptijs,  
que sūt secundae ex parte unius tantum conjugis, licet  
alter illorum, jam receperit illas in primis nuptijs,  
quia consuetudo legitime introducta habet vim  
abrogandi leges preexistentes ~~contra~~ humanam  
viri contrariatur, ut docet communiter doctores  
tractatus de consuetudine. Atq; ita hac sententia  
tenet Bonacina in alijs doctoribus ab ipso citatis

et in dictis locis,

Nota quod hic  
dicitur.

tom. 1. q. 4. de matrimo. q. 6. nu. 4. Et nota  
ta qd. Statu predicta consuetudine legitime in-  
trodulta, licet possint conjuges in dictis locis  
ubi adest talis consuetudo, licite recipere  
benedictiones nuptiales in secundis nuptiis, qua  
secunde sunt tunc ex parte unius illorum, quatinus  
ille ex parte cuius sunt secunde jam receperit illas  
in primis nuptiis, propter rationes assignatas,  
non tamen tenet. ad benedictionem nuptiales  
recipiendus in dictis secundis nuptiis, sed hoc  
sunt illas licite ommittere iuxta juris communis  
prescriptum; q. licet talis consuetudo excuset  
a transgressione legis prescripte a jure com-  
muni in dicto cap. viii. de secundis nuptiis.  
interdicentis eas benedictiones; ut abroget  
talles leges, ut diximus; non tamen inducit  
preceptum illas recipiendi in predictis secun-  
dis nuptiis; quia non eo rigore inducta est  
talis consuetudo, ut obligationem pariat.  
Ita Jobert, in Henricus ab ipso ita:  
q. lib. 7. de Matrimonio diffu. 82. nu.

Nota quod hic  
dicitur.

unde in hac nostra diecesi Majoricensi,  
ut dicit in synodo lib. 1. titulo 9. cap. 16., ad-  
sit legitima consuetudo, qd. si viduus contrahat  
matrimonium cum virgine, benediciunt eorum  
nuptie, quatinus viduus jam receperit benedi-  
ctiones nuptiales in primis nuptiis, ideo si  
viduus contrahat matrimonium cum virgine, pote-  
rit isti licite recipere benedictiones nuptiales,  
licet viduus illas jam receperit in primis nup-  
tiis

21.  
tjs, no obstante prohibitione facta a jure canonico  
in precepto cap. vii. de secundis nuptijs. Non tenetur  
tamen illas recipere, sed poterit licite  
illas ommittere, conformando se juri communi, juxta  
dicta §. antecedenti; quia talis consuetudo  
eximit a lege prescripta a jure communi in  
dicto cap. vii.; no tamen induit preceptum,  
ut no eo vigore inducta sit, ut obligationem  
pariat, ut diximus in focher, et Henriquez  
§. antecedenti in fine; qd etiam deducit. Scire  
ex modo loquendi synodi in citato cap. 16. ubi  
attendendo qd predicta consuetudo in hac diecesi  
est legitima, dicit qd possunt benedici predicta  
nuptie vidui contrahentis in virgine, et quod  
permittit. Dns Episcopus predictas consuetudines;  
qui quidem modo loquendi no denotat talem  
consuetudinem inducere preceptum, et obligatio-  
nem, ut per se notum est, sed solum denotat predictas  
conjuges posse recipere, si voluerit, benedictiones nup-  
tiales, licet viduus benedictus fuerit in primis nup-  
tjs, no obstante prohibitione illas recipiendi pres-  
cripta in dicto cap. vii. de secundis nuptijs. = =  
Pro clariori intelligentia huius doctrine, videatur  
tunc que dixi in opusculo morali in tractatu  
de consuetudine pag. 20. ibi: Ceterum est illud

Interrogatio 3a.

Petys 3o: An quando prio-  
res nuptie, in quibus uterq; conjugum benedictio-  
nes accepit, repetuntur irritae, seu invalidae,  
de, sint repetendae dictae benedictiones in poste-  
rioribus nuptijs, qd renalidat matrimonium,  
seu renalidat nuptie dictorum conjugum?

Responso.

Respondet, no esse  
repetendas; et ratio est, quia benedictio proprie

no respicit nuptias, sed personas; et in talis  
persone, si fuerint benedictae in prioribus il-  
lis nuptiis, que fuerunt irritae, et benedic-  
tio simul recepta no annulat, fit inde quod  
no sunt repetenda dictae benedictiones postea quo  
renuadant nuptias dictorum conjugum, seu quo  
renuadant eorum matrimonium. Ita Sanchez  
lib. 7. de matrimo. disput. 82. nu. 25. .vi.  
Deatur pro extensione notitia.

§. 11.

Excommunicatio  
11.

Undecima excommunicatio synodalis late sen-  
tentiae est contra sponsos et sponsas, qui post-  
quam contraxerunt sponsalia, in eadem domo  
remorantur: vel alibi publice, aut secre-  
to se conjugunt, aut se ita invicem appro-  
ximant, ut sine obstaculo se mutuis tacti-  
bus, aut osculis atterantur quomodolibet  
possint. = Quae ~~etiam~~ etiam excommunica-  
tione incurrunt parentes, tutores, con-  
sanguinei, et affines, seu quilibet alius  
ad quos sponse cura spectat, talia  
consentientes, et no impeditentes.

Textus.

In synodo novissima lib. 1. titulo 9. cap.  
18. sic dicit: Anathematis telo ipso facto confo-  
dimus sponso, et sponsas in eadem domo conno-  
ratas: vel alibi publice, aut secreto se conjunge-  
tes, aut se ita invicem approximantes, ut sine  
obstaculo se mutuis tactibus, aut osculis at-

trahantur quomodolibet possint. Quos etiam censuram  
incurrere volumus parentes, tutores, cognatos, et  
affines, seu quolibet alios ad quos spectat iura spec  
tabit, talia consentientes, et non impedientes.

Hec excommunicatio sy  
nodalis est una ex • synodalibus excommunicationibus  
que frequentius incurruntur; et ideo oportet confessores sine  
quibus persone illas incurrant, et quibus actionibus  
lea innotentur. Itaque per hanc legem synodalem excommu  
nicationi subiiciuntur ipso facto principaliter spo  
si et sponsa; et illas incurrunt, 1º, si extractis iam spon  
salibus in eadem domo commorentur: deinde illas etiam  
incurrunt si alibi, hoc est in alio loco, publice, aut se  
crete se coniugant, aut ita se invicem approximent, ut  
sine obstaculo se mutuis tactibus, aut oculis a impudi  
cis tractari quomodolibet possint. Unde sponsi, et spon  
sa erunt ipso facto excommunicati non solum si in eadem  
domo commorentur, seu habitent post extractionem sponsali  
sed etiam si in quolibet alio loco, ut in coeno, vel in  
horto, aut in vico, vel in porta domus ubi ita se co  
iugant, aut invicem ita se approximent, ut sine obsta  
culo se mutuis tactibus, aut oculis impudicis ac  
tractari quomodolibet possint; licet de facto, et in  
re impudice non se tangant, nec osulentur.

Insuper per hanc  
legem synodalem subiiciuntur eidem excommunicationi in  
venerunt principaliter, et accessorie parentes, tutores, con  
sanguinei, et affines, seu quilibet alij ad quos spectat  
iura spectat predictas actiones consentientes, et non im  
pedientes. Unde  
Unde

unde si Pater, aut mater v.g. Sponsa, permittat Spon-  
 su ~~et~~ et Sponsam comorari, seu habitare in eadem  
 domo: aut permittat Sponsam solam colloqui cum  
 Sponso solo in porta domus v.g., licet Sponsa existeret in  
 parte interiori, et Sponsus a parte exteriori, aut in  
 quolibet alio loco, etsi extra domum; in quo ita se  
 coniungant, aut ita se invicem approximent, ut si-  
 ne obstaculo presentie patris, aut matris, vel  
 alterius persone, se mutuis tactibus, aut gentilibus im-  
 pudiciis atrectari quomodolibet possint, incurrat  
 predicta excommunicatione; quia in dictis casibus  
 pater, aut mater Sponsa, permittendo dictas actiones,  
 consentit eas, et ipsas non impedit. Et idem est dicendum  
 de quolibet alio ad quem cura Sponsa spectet, si per-  
 mittat dictas actiones, propter eadem rationes proxi-  
 me assignatas.

Atvero si parentes Sponsi, vel ipsius co-  
 sanguinei, aut affines ad quos non spectat cura  
 Sponsa, vel quilibet alij ad quos Sponsa cura non spec-  
 tat, permittat predictas actiones Sponso, et Sponsa, easque  
 consentiat, et non impediunt, non incurrunt predictam  
 excommunicationem; quia lex synodalis non loquitur  
 de istis, sed de parentibus Sponsa, ad quos  
 quidem spectat Sponsa cura, et de tutoribus, co-  
 sanguineis, affinibusque ipsius, ac de alijs quibuscum-  
 que ad quos spectet cura Sponsa; lex <sup>autem</sup> penalis, qua-  
 lis est ista, cum sit odiosa, non est amplianda,  
 sed extendenda, adhuc ob paritatem, vel idemp-  
 titatem rationis ad casus non expressos in ipsa,  
 ut constat ex his que dixi in Applicatione casuum  
 reservatorum dno Episcopo in hoc Episcopatu Ma-  
 joricensi pag. 18. nu. 18.

Notandum est tamen, quod ad hoc, ut pater, vel mater  
 ipse, aut alia persona ad quos spectat ipse uxor,  
 in uxorae predictae excommunicatione consentiendo, et  
 non impediendo aliquas ex predictis actionibus,  
 requirit, quod de facto sequatur talis actus, et fiat ab  
 ipso; quia actiones, que solum accessorie, et per  
 modum extensionis pertinent excommunicatione, non  
 subiiciuntur excommunicationi, nisi de facto sequatur  
 actio principalis contra quam posita est excommuni-  
 catio, ut constat ex doctrina Cactani supra adducta  
 in prealibito pag. 4. notabili 2. nu. 4., et ex doc-  
 trina Bonacinae tom. 3. disput. 2. q. 2. puncto 2.  
 nu. 12. et disput. 1. q. 13. puncto 3. nu. 5.

§. 12.

Excommunicatio  
 12.  
 est reservata  
 dno Episcopo.

Duodecima excommunicatio synodalis late senten-  
 tie est contra conjuges propria auctoritate viventes  
 separatos, et vitam maritalis non agentes, si intra non-  
 nem dies vitam maritalis non agant, simul cohabitato-  
 re.

nu. 1.

Textus.

In precitata synodo lib. 1. titulo 9. cap. 20. sic di-  
 citur: Mulieris conjugatus sui corporis potestatem non  
habere sed viri. Similiter autem, et huius potestatem  
sui corporis non habere sed mulierem; ac per con-  
sequens uxorem a viro non discedere debere, nec virum  
uxorem dimittere posse, docet xpi nomine B. Paulus  
Apostolus. Sciendum est enim matrimonij vinculum  
et sola morte dissolvitur; quo non obstante aliquos  
conjuges in hac nostra diecesi, propria auctoritate

Separatos vivere, nec conjugales vitam in consortibus  
agere novimus; nisi scandalo obviare cupientes,  
sub excommunicationis majoris late sententia pena ma-  
dama, bnei, et singulos supradictos conjuges, intra  
novem dierum terminum, que illis pro tribus cano-  
nicis monitionibus assignamus, vitam maritalis  
agere, simul cohabitando; cuius supradicta cen-  
sura absolutio, Nobis tenore presentis constitu-  
tionis reservamus.

nu. 2.

Pro intelligentia istius excommunicationis Notandum est 1<sup>o</sup> ad conjuges post abstractionem matrimonij tenent. ad cohabitandum, seu ad habitandum simul in eadem domo, ut sentiat communiter doctores, et constat ex Cap. Peruenit et ex Cap. Quoniam de Conjugio leproso. ~~Et quoniam illi qui sunt sub excommunicatione tenentur ad cohabitandum simul in eadem domo, ut sentiat communiter doctores, et constat ex Cap. Peruenit et ex Cap. Quoniam de Conjugio leproso. Et quoniam illi qui sunt sub excommunicatione tenentur ad cohabitandum simul in eadem domo, ut sentiat communiter doctores, et constat ex Cap. Peruenit et ex Cap. Quoniam de Conjugio leproso.~~

sed licet



nu. 3.

Sed licet conjuges post celebrationem matrimonij teneantur  
 ad cohabitandum in eadem domo, tamen non tenentur ex  
 vi contractus matrimonialis iniri ad huiusmodi cohabitatio-  
 nem statim celebrato matrimonio, sed solum post primu-  
 m bimestre seu post primo duos menses a contracto matri-  
 monio. 1<sup>a</sup> ratio est; quia ut docet Sanchez lib. 9. de ma-  
 trimonio. disput. 4. nu. 1. obligatio cohabitandi in  
 trimonio differt. ~~4.~~ nu. 1. obligatio cohabitandi in  
 conjugibus nascitur ex obligatione reddendi debitum; sed nec  
 tenet conjugum tenet, ex vi contractus matrimonialis iniri,  
 reddere alteri debitum intra duos primos menses a con-  
 tracto matrimonio, ut docet D. T. in 4. dist. 27. q. 1. art.  
 3. questumcula 2. ad 2. ~~et communiter doctores~~ San-  
 ches lib. 2. de matrimo. disput. 24. nu. 25. Joannes  
 a Conceptione in expensio operum Leonardi tract. 9. de  
 Matrino. dispu. 5. nu. 10. et communiter doctores,  
 quod probatur ex cap. Ex publico. de Conversione conjugum.  
torum. in quo conceditur ius canonicum conjugibus duos  
 menses (computando) scilicet a die contracti matrimo-  
 nij, ut sentiunt communiter doctores, et bene advertit  
 Jov. a Conceptione loco citato nu. 12. ad deliberandum  
 de Religionis ingressu; et consequenter eximit illos  
 ab obligatione confirmandi matrimonium, et red-  
 dendi debitum intra predictos duos primos menses:  
 ergo si obligatio cohabitandi in conjugibus nascitur  
 ex obligatione reddendi debitum, sicut non  
 tenentur ad reddendum sibi debitum intra duos pri-  
 mos menses a contracto matrimonio, ex vi con-  
 tractus matrimonialis iniri, nec ex vi eiusdem  
 contractus tenebuntur ad cohabitandum intra eosdem  
 primos duos ~~primos~~ menses.

2<sup>a</sup> ratio est: quia Consilium

nu. 4.

Tridentinum sessio. 24. de reformatione matrimonij cap. 1. hortatur  
 conjuges, ut non cohabitent in eadem domo ante benedictionem

sacerdotalem in templo suscipienda, hoc est ante quod receperint benedictiones nuptiales a sacerdote in templo: ergo iuxta Consilium Tridentinum non tenent. conjuges ex vi contractus matrimonialis initi, ad cohabitandum in eadem domo statim celebrato matrimonio, sed possunt licite non cohabitare, usque dum intra tempus eis prefixum receperint benedictiones nuptiales. Et ~~etiam si benedictiones nuptiales non receperint, non tenentur ad cohabitandum in eadem domo statim celebrato matrimonio.~~ Unde in conjuges contracto matrimonio possunt in hoc episcopatu Majoricensi licite, et absque pena: to differre receptionem benedictionum nuptialium usque ad ultimum diem secundi mensis a contracto matrimonio; in solis teneat. ad illas recipiendum intra duos menses a contracto matrimonio, et consistat ex synodo novissima lib. 1. titulo 9. cap. 13., fit inde, quod conjuges contracto matrimonio non tenent. ex vi contractus matrimonialis initi licite ad cohabitandum in eadem domo intra duos primos menses a contracto matrimonio. Et idem stare colligit. et probari potest ex casu relato in cap. ex publico. de conversione conjugatorum. Et etiam ex doctrina d. T. in 4. dist. 27. q. 1. art. 3. questiuicula 2. ad 2.

nu. 5.

Dixi, ex vi contractus matrimonialis initi; q. si conjuges contracto matrimonio habeant copulam carnalem, sibi continent matrimonium intra duos primos menses a contracto matrimonio, iam in tali casu a die consummationis matrimonii, et copula carnalis habita tenent. ~~conjuges~~ ad cohabitandum, licet adhuc non transierint dicti duo primi menses. Et ratio est; q. consummato iam matrimonio et habita copula carnali per quam fuit consummatus, quilibet conjugum tenet reddere debitum alteri ipsorum illud petenti, et consequenter tenet. iam ex tunc ad cohabitandum; cum obligatio cohabitandi nascatur in conjugibus ex obligatione reddendi debitum, ut docet Sanchez de matrimonio lib. 9. disp. 4. nu. 1. Quod autem conjuges consummato matrimonio, et habita iam copula carnali tenent. sibi inuicem reddere debitum,

quibus non transierint ultra duo primi menses a contracto  
 matrimonio, patet: Tunc quod ut docet A. 7. in 4. dist. 27. q. 1.  
 art. 3. quodlibet conjugum post co-  
 pulas carnales habet jam copulati dominium, et potestatem  
 supra corpus alterius; eo quod tunc per copulas carnales  
 intrat uterque conjugum in corporalis possessione alterius  
 et consequenter quilibet conjugum consummato jam matrimonio  
 et habita copula carnali tenet reddere alteri ipsi  
 illud petenti; ac proinde tenet a die consummationis  
 matrimonij ad cohabitandum, propter rationem  
 jam assignatam, etiamsi duo primi menses a contracto  
 matrimonio nondum transierint. — Tunc etiam, quod  
 ratio ob quam conjuges intra duo primi menses a contrac-  
 to matrimonio non tenent sibi invicem reddere debitum  
 est, quod ius canonicum, ut probat ex cap. ex publico  
de conversione conjugatorum, concedit eis, quod matri-  
 monio nondum consummato possit alter illorum intra  
 duo menses a die contracti matrimonij transire ad  
 religionem si velit, etiam sine consensu alterius: ergo  
 si jam consummatus sit matrimonium, tenebitur  
 uterque ad reddendum debitum, si petat, etiamsi non  
 duo transierint duo menses a die contracti matrimo-  
 nij; et consequenter etiam a die consummationis matri-  
 monij tenebitur ad cohabitandum, propter rationem  
 supra assignatam, quodam dicti duo menses nondum  
 transierint.

~~de cohabitandis~~

~~Per quod si non transierint duo menses a die contracti matrimonij, non tenentur reddere debitum, nisi petatur, etiam si matrimonium consummatum sit.~~

~~Et si transierint duo menses a die contracti matrimonij, tenentur reddere debitum, etiam si matrimonium non consummatum sit.~~

~~Et si transierint duo menses a die contracti matrimonij, tenentur cohabitare, etiam si matrimonium non consummatum sit.~~

~~Et si transierint duo menses a die contracti matrimonij, tenentur reddere debitum, etiam si matrimonium non consummatum sit.~~

~~possunt se separare, et ad id debent, necesse est:  
tamen, si postquam in matrimonio sunt, et non sit  
causa, quae ad id necessarium sit, non debent  
separari, sed in eadem domo, et sub eodem  
regimine, et disciplina vivere, et de his, qui  
postquam legitime matrimonium contraxerunt, separantur:  
vivi.~~

nu. 6.

Notandum est 2. quod duobus modis contingere potest  
conjuges non cohabitare, vitam maritalem non agen-  
do, et propria auctoritate separatos vivendo. Uno  
modo si hoc faciunt postquam jam cohabitaverunt, et vi-  
tam maritalem egerunt. Alio modo si hoc faciunt, quo  
post celebrationem matrimonii nondum cohabita-  
verunt, nec vitam maritalem egerunt. Et iste 2. modus  
contingere potest: 1. si fiat hoc intra duos primos  
menses a contracto matrimonio. Alio modo si fiat  
adhuc, et perseveret tractus jam predictis duobus  
mensibus. Quibus omnibus presentatis

to tantum

nu. 7.

Dico 1. quod lex synoda-  
lis supraadducta loquitur de conjugibus, qui postquam  
jam cohabitaverunt, et vitam maritalem egerunt,  
vivunt propria auctoritate separatos, et non cohabi-  
tant, nec vitam maritalem agunt, quod patet ex pre-  
sultulo dicte legis, ut constat ex illis verbis, uxorem  
a viro non discedere debere, nec virum uxorem  
dimittere posse. Et eodem modo loquebantur de conjugibus  
leges synodales precedenti, quae precipiebant, ~~et~~  
~~conjuges~~ sub pena excommunicationis latae senten-  
tiae, ut conjuges, qui separatos propria auctoritate  
vivebant, intra triduum cohabitarent, ut intuitu  
textus predictarum legum patebit, pro quo videri de-  
bet synodus domini Episcopi d. Didaci Epistolano titulo  
13. de matrimonio constitutione 10. et synodus domini  
Episcopi d. Joannis a Santander lib. 4. titulo 1.  
cap. 9. ac synodus domini Episcopi d. fr. Simonis Ban-  
ca cap. 32. Unde conjuges, qui contracto matri-  
monio

monio jam cohabitauerunt, illorum consummato vitam ma-  
ritalem egerunt, si propria auctoritate vincti separati,  
et non cohabitent, ac vitam maritalem agant intra no-  
vem dies, incurrunt ipso facto excommunicatione.  
Quae quidem excommunicatio, quo ad absolutionem est  
reservata dno Episcopo, ut constat ex dictis pag. 36.  
in fine textus legis synodalis.

Est reservata dno  
Episcopo.

nu. 8.

Dico 2: conjuges, qui con-  
tracto matrimonio, et illo nondum consummato, non coha-  
bitant, nec vitam maritalem agunt statim intra primo no-  
vem dies, non comprehenduntur sub praedicta lege syno-  
dali, imo nec sub illa comprehenduntur, et si non coha-  
bitent intra duos primos menses post celebrationem matri-  
monij, dummodo intra dictum tempus non consummaverint ma-  
trimonium. Et ratio est, tum quia lex synodalis non lo-  
quitur de istis, ut patet ex dictis nu. precedenti. Tum etiam  
quia dñs Episcopus non intendit comprehendere sub dicta le-  
ge conjuges, pro tempore, quo non tenentur cohabitare 2<sup>o</sup>  
iuris canonici, nisi super istud non habeat potestatem, sed con-  
juges post celebrationem matrimonij, et isto nondum con-  
summato, non tenentur ad cohabitandum 2<sup>o</sup> iuris cano-  
nicum intra duos primos menses a contracto matri-  
monio ut constat ex dictis nu. 3<sup>o</sup>, et probatur. Nam ex  
capitulo ipso relato in cap. de publico. de conversione  
conjugatorum: ergo verum est 2<sup>o</sup> dictum. — — — — —  
Tum denique, 9<sup>a</sup> Consilium Tridentinum sessio. 24. de Reforma-  
tione matrimonij cap. 1. hortatur conjuges, ut non coha-  
bitent in eadem domo, ante quam receperint ~~faciem~~  
a sacerdote in templo benedictiones nuptiales; ~~et~~  
~~obsequium~~ et dñs Episcopus  
2. Petrus de Alagon in synodo novissima

to, ac per consequens  
nec consummet matri-  
monium,

lib. 1. titulo 9. cap. 13. postquam retulit consi-  
 lium Trid. loco propinquo citato ubi hortat. Consi-  
 lium conjugum ut non cohabitent, ac per consequens  
 nec consummet matrimonium, ante quam recepe-  
 rint benedictiones nuptiales, dicit, quod gaude-  
 ret maxime, quod hoc observaretur a conjugibus  
 in hac Diocesi Majoricensi: conjuges autem non  
 ardeat aliquo precepto ad benedictiones nuptiales  
 intra triduum, nec intra primo nona dies a con-  
 tracto matrimonio, sed solum obligat. ut illas re-  
 cipiant intra duos primos menses post matrimonij  
 celebrationem per preceptum synodale eiusdem domini Episcopi  
 cap. 8. Petri de Alago ~~inhereditis in hoc ordi-~~  
~~nationibus synodalibus suorum Antecessorum~~ (inhereditis in hoc ordi-  
 nationibus synodalibus suorum Antecessorum) ut constat  
 ex synodo novissima lib. 1. titulo 9. cap. 13.: ergo  
 nulli dubium esse potest, quod domini Episcopi  
 non intendit comprehendere sub dicta lege  
 synodali conjuges, qui contracto matrimonio, et  
 illo nondum consummato, non cohabitant, et vitam  
 maritalis non agunt intra primo nona dies  
 post celebrationem ~~matrimonij~~ matrimonij; imo nec  
 illos sub illa intendit comprehendere, et si non  
 cohabitent intra duos primos menses post ma-  
 trimonij celebrationem, dummodo intra dictum  
 tempus non consummaverint matrimonium; ut con-  
 juges possint differre iuxta synodum in dicto cap.  
 13. recipere benedictiones nuptiales per dictos  
 primo duos menses, dummodo ultra illos non diffe-  
 rant illas recipere.

to recipiendus

to predicti

nu. 9.

Dico 3<sup>o</sup>: si tractatis duobus primis  
 mensibus a die contracti matrimonij, conjuges non  
 cohabitent, vitam maritalis agant, sed propria  
 auctoritate

53.  
auctoritate vivunt separati, comprehenduntur sub  
predicta lege synodali, licet a die contracti matrimo-  
nij nunquam cohabitaverint, nec consummaverint ipsum  
matrimonium. Et ratio est; 1<sup>a</sup> voluntas, et intentio d<sup>ni</sup>  
Episcopi in predicta lege, ut clare colligitur ex textu ipsius  
legis, ut conjuges contracta iam obligatione cohabitandi, co-  
habitent, et vitam maritalis agant; conjuges autem predicta  
obligatione contrahunt statim post consummationem matri-  
monij, etiamsi illud consummetur intra duos primos menses a  
contracto matrimonio, ut constat ex dictis nu. 5<sup>o</sup>: illisq<sup>ue</sup>  
etiam contrahunt tractis primis duobus mensibus post ce-  
lebrationem matrimonij, licet a die contracti matrimo-  
nij nunquam cohabitaverint, nec illud consumma-  
verint; 2<sup>a</sup> tractis predictis duobus primis mensibus te-  
netur iam conjuges sibi invicem reddere debitum, ut  
docet Sacher lib. 2. de Matrimonio disput. 24. nu. 26.  
et 27. quatinus per predictos duos primos menses non  
consummaverint matrimonium, Joan. a Baptione in Co-  
pendio operum Leonardi tracta. 9. disput. 5. nu. 13. Bona-  
vina tom. 1. q. 3. de matrimo. p. 4. nu. 4. et co-  
muniter doctores; obligatio autem cohabitandi nascitur  
ex obligatione reddendi debitum in conjugibus, ut di-  
ximus nu. 3. in Sacher.

nu. 10.

Obijerit contra 3<sup>um</sup> dictum: lex predi-  
ta synodalis loquitur de conjugibus qui propria auctoritate  
vivunt separati postquam iam cohabitaverat, et vitam ma-  
ritalem egerat, ut dictum est nu. 7.: ergo conjuges de quib<sup>us</sup>  
est sermo in 3<sup>o</sup> dicto non comprehenduntur sub dicta lege;  
quia lex penalis, qualis est predicta lex synodalis, non  
est extendenda, sed hinc ob paritatem, vel ideitatem ratio-  
nis, ad casus non expressos in ipsa, nec ad personas  
in tali lege non expressas, ut constat ex his que dixi

in applicatione casus referentis dno episcopo in hoc episcopatu Majoricensi pag. 18. nu. 12.

nu. 11.

Propter hanc ratio: no. no. improbabiler dici potest, meo iudicio, qd conjuges in casu 34 dicti, licet plerumq, si no. cohabitent, et vitas maritalis no. agat, sed propria auctoritate separati vivat, non tamen excommunicationes incurrunt, nec comprehendunt sub predicta lege synodali, et si intra 9. dies no. cohabitent.

~~Interdictione~~

nu. 12.

Sed iustitendo 3us dictus, duo quod comprehendunt sub dicta lege synodali; ac per consequens, si intra nones dies no. cohabitent, incurrunt excommunicationes latis in prefata lege. Et ratio est; quia licet dñs episcopus, suppetit occasione ferendi, seu constituendi dictas leges ex facto conjugum, qui propria auctoritate vivunt separati, postquam ja. cohabitaverunt et vitas maritalis egerunt, eo quod conjuges, qui propria auctoritate vivunt separati, et vitas maritalis no. agunt, sunt conjuges regulariter, et communiter, qui jam cohabitaverunt, ac vitas maritalis egerunt, qua propter dñs episcopus in 1a parte preambuli legis de istis loquitur, ut constat ex illis verbis: ac per consequens uxores a viro no. discedere debere, nec viri uxores dimittere posse: tamen in 2a parte preambuli ipsius legis, et in ipsa lege, variis modis loquens, di. ja. loquitur dñs episcopus universaliter de omnibus conjugibus, qui propria auctoritate vivunt separati, extracta scilicet ja. obligatione cohabitandi, si ne antea ja. cohabitaverint, et vitas maritalis egerint siue no., ut patet in predicta 2a parte preambuli loquitur absolute de conjugibus, qui propria auctoritate vivunt separati (extracta scilicet ja. obligatione cohabitandi), ut constat ex illis verbis: quo no. obstante aliquos conjuges in hac nostra diecesi,



propria auctoritate separatos vivere, nec conjugalem  
vitam in consortibus agere norimus; et ad istos se referen-  
do constituit immediate postea legem his verbis: Cui  
scandalo obviare cupientes sub excommunicationis ma-  
ioris late sententiae pena mandamus omnes, et singulos  
predictos conjuges intra nonos dies terminus vitam  
maritalem agere, simul cohabitando. Unde si transac-  
tis duobus primis mensibus a die contracti matrimonij conjuges  
separati vivunt propria auctoritate, et intra nonos dies non  
cohabitent, ~~et vitam maritalem non agant, et vitam conjugalem non~~  
~~tempore matrimonij, et vitam maritalem non ducunt, in-~~  
currunt ipso facto excommunicationem, licet a die con-  
tracti matrimonij nunquam cohabitaverint, nec consum-  
verint matrimonium; cum in tali casu jam contraxerint  
obligationem cohabitandi, ut dictum est nu. 9. . Quae qui-  
dem excommunicatio, quo ad absolutionem, est reservata dno  
episcopo, ut constat ex textu ipsius legis synodalis relato  
supra nu. 1.

### §. 13.

Excommunicatio 13. Tertiadecima excommunicatio synodalis late sententiae  
est contra illos, qui scientes aliquod impedimentum cano-  
nicum sine dirimens, sine impediens matrimonium,  
factis proclamationibus ~~et proclamationibus~~ in scien-  
tia ipsorum, illud Parrocho proprio contrahendum, vel  
eius vicario illius non revelant, seu denunciant. =  
Quas excommunicationes ipso facto etiam incurrunt  
illi, qui malitiose ad impediendum matrimonium,  
falsum aliquod impedimentum effingunt, et denun-  
ciant.

Extensio predictae exco-  
municationis.

46  
Textus.

In synodo nouissima lib. 1. titulo 9. cap. 21. sic dicitur.  
sub anathematis pena ipso facto incurrenda precipimus  
omnibus, et singulis cuiuscumque status, gradus, sine conditio-  
nis, ut quancumque dictas proclamationes fieri eis inno-  
tescat, aliq[uo]d canonicu[m] impedimentu[m], siue dirimens, si-  
ue impediens matrimoniu[m] scierint, illis Parro-  
cho proprio extrahentiu[m], seu eius Vicario illud reue-  
lent. Si qui autem malitiose ad impediendu[m] ma-  
trimoniu[m], falsu[m] aliq[uo]d impedimentu[m] effixerint, et  
denunciauerint, eadem excommunicationis maioris  
sententia, ipso facto incurrere volumus.

Hec excommunicatio  
comprehendit duo genera personaru[m]. 1<sup>o</sup> comprehendit illos  
quibus innotescit fieri proclamationes, et scientes  
eos, qui contrahere voluit matrimoniu[m], habere aliq[uo]d  
impedimentu[m] canonicu[m] siue dirimens, siue impe-  
diens matrimoniu[m], illud illis, idē quāto citius  
moraliter, Parrocho proprio extrahentiu[m], vel eius  
vicario reuelat seu denunciāt. Quod procedit  
etiam si impedimentu[m] sit occultu[m], et scientes illud non  
possint tale impedimentu[m] probare; quia quilibet te-  
netur sub culpa lethali ~~manifestare~~ ~~manifestare~~  
manifestare, saltem superiore precipiente, impe-  
dimentu[m] quod nouit inter volentes contrahere, licet  
tale impedimentu[m] occultu[m] sit, et illud sciens pro-  
bare non possit, ut docet et probat Sanchez de matri-  
monio lib. 3. disputa. 13. nu. 2. Bonacina tom. 1.  
q. 2. de matrimo. pu[er]o 6. nu. 20. et plures alij  
doctores ab ipsis ibidem citatis; ~~et aduertit~~  
Sane ac per consequens etiam tenebitur ille talis in tali ca-  
su <sup>1<sup>o</sup></sup> manifestare tale impedimentu[m] sub pena sta-  
tuta a superiore in praedicta lege synodali, scilicet  
sub pena excommunicationis ipso facto incurrenda.

to in hoc episcopatu  
Majoricensi,

Aduertit

Aduertit tamen Sanchez loco proxime citato nu. 3.  
 quod si impedimentum ortus habeat ex peccato occulto,  
 no statim denunciandum esse, sed prius debet pre-  
 mitti correctio fraterna si sperat. fructu, hoc est si  
 sperat. qd laboras tali impedimento desistat a ma-  
 trimonio extractendo, fraterne admonitio; si vero no  
 dat. talis spes, aut serreto admonitio no desistat, de-  
 nunciandus erit, seu denunciandus erit tale impedi-  
 mentum.

Notandum est tamen circa predicta, qd si consue-  
 impedimenti timeat probabiliter magnum scandalum  
 esse sequendum ex denunciatione impedimenti, vel  
 probabiliter timeat sibi aliquod grave damnum  
 sibi obuenturum fore, in tali casu etiam si impedi-  
 mentum qd sit probare possit, no tenet. ad illud  
 denunciandum, no obstante qd in prefata lege syno-  
 dali precipiat. sub pena excommunicationis ~~et~~  
 ipso facto incurrenda qd si quis fiat aliquis  
 volens extractere matrimonium, laborare aliquo  
 impedimento sine dirimente, sine impediante  
 matrimonium, illud denunciet. Ita Sanchez lib.  
 3. de matrimo. disput. 13. nu. 4. cum Adriano, Na-  
 varro et alijs, quod sequit. Bonacina tom. 1. q. 2.  
 de matrimo. pu. b. 6. nu. 20.

Insuper notandum est, qd  
 consueq impedimenti tenet. ad denunciandum illud,  
 licet illud acceperit sub serreto naturali. Ita  
 Sanchez loco citato nu. 4. paulo ante medium, qd  
 bene probat ibidem, quod sequit. Bonacina loco pro-  
 xime citato.

2o comprehendit prefata excommunicationis syno-  
 dalis illos, qui malitiose ad impediendum matrimo-

nisi falsus aliquod impedimentum effingeret, et illud denunciaret. Unde si quis malitiose, ut matrimonium aliquod impedit, falsus aliquod impedimentum effingeret, et illud denunciaret, incurreret ipso facto excommunicationem.

### §. 14.

#### Excommunicatio 14.

Quartadecima excommunicatio synodalis late senta est contra omnes privatas personas, per vim directe, vel indirecte cogentes matrimonium contrahi ab aliquibus.

Habet. haec excommunicatio in synodo nouissima lib. 1.º titulo 9. cap. 22.

Circa hanc excommunicationem oportet 1.º aduertere quod in Consilio Trid. sessio. 24. cap. 9. de reformatio. matrimonij, excommunicat. ipso facto omnes, ac Magistratus cogentes directe, vel indirecte subditos suos, vel quoslibet alios ad contrahendum matrimonium, seu quomodo libere matrimonium contrahant. Et Dominus Papa Grego. 13. declarauit, ut refert. in praedicta synodo lib. 1.º titulo 9. cap. 22., non comprehendi privatas personas per dictas excommunicationes Consilij Trid., sed tantum omnes temporales, et Magistratus cuiuscumque gradus, dignitatis, et conditionis existant. sed ut maxime nefarium sit, ut Consilium Trid. ait loco citato, matrimonij libertatem violare, idcirco Dominus Episcopi in hac lege synodali dicti cap. 22. extendit dictas excommunicationes Tridentini etiam ad privatas personas per vim directe, vel indirecte cogentes matrimonium contrahi ab aliquibus.

2.º oportet aduertere, quod ad hoc ut praedictae personae per vim directe,

vel indirecte cogentes aliquos ad contrahendum matrimoni-  
 monium, debet talis vis esse vis injusta, et cadens in virum constantem: si  
 ut sola predicta vis est, que invalidat matrimoni-  
 monium, ut sentiunt communiter doctores. Quid sit  
 autem vis cadens in virum constantem, et in quibus casi-  
 bus adsit, videre potes apud Bonacina tom. 1. q. 2.  
 3. de matrimo. quæsto 3. et apud alios doctores ex-  
 plicates impedimentum dirimens matrimonium, quod  
 dicitur vis.

§. 15.

Excommunicatio 15. Quintadecima excommunicatio synodalis late sen-  
 tentie est contra <sup>receptores missarum</sup> ~~parochos~~, quibus inurbit  
 in Parrochijs missas adventicias scribere in libro  
 ad hoc deputato, qui illas in dicto libro non  
 scribunt intra terminum 24. horarum.

Habet. hec excommunicatio in synodo novissima  
 lib. 1. titulo 10. cap. 14.

§. 16.

Excommunicatio 16. Sextadecima excommunicatio synodalis late senten-  
 tie est contra sacerdotes non utentes in sacrificiis missæ  
 patena, et calice argenteis, et intis deauratis, ac  
 sub aliquo Archiepiscopo, vel Episcopo consecratis.

Habet.

Habet. hec excommunicatio in Synodo nouissima  
lib. 1. titulo 10. cap. 25.

§. 17.

Excommunicatio  
17.

Decima septima excommunicatio synodalis late  
sententia contra sacerdotes verbum dei predicantes sine  
licentia dñi Episcopi.

Habet. hec excommunicatio in precipitata Synodo li:  
bro 1. titulo 12. cap. 1.

§. 18.

Excommunicatio 18.

Decima octava excommunicatio synodalis late sen-  
tentia est contra regulares, et confraternitates lai-  
corum processiones extra claustra facientes sine  
speciali privilegio, aut sine consensu, et licentia  
Ordinarij. Ita in Synodo nouissima lib. 1. titulo  
15. cap. 2. Et ibidem sub eadem excommunica-  
tione late sententia precipit. regularibus, qd si pri-  
uilegio, vel consuetudine gaudent faciendi pro-  
cessionem extra claustra, et illas facere intendunt,  
exhibeant ius, vel privilegium, et Ordinarij decisio-  
nem expectent.

Letana p<sup>te</sup> 4. v. Processio quo ad regulares n. 9.  
refert quoddam declarationem sacre Congregationis iur-  
ca hac materia tenoris sequentis: Sacra Congregatio  
ad tollendas difficultates, que quotidie oriuntur iur-  
ca processiones faciendas, tam per regulares, quas  
per confraternitates in ecclesijs regularium, censu-  
it in processionibus faciendis, tam per regulares,

51.  
quas confraternitates laicorum, ita in posterum servari  
debere, ut in ecclesijs habentibus claustrum, processiones  
fieri non possint, nisi intra claustra, et non extra;  
in ecclesijs vero carentibus claustris fieri possint  
intra ambitum, hoc est prope muros ecclesie, sine  
exiundo a janua ecclesie, et per alia intrando,  
sive per eadem, et prope muros ecclesie. Extra vero  
ambitum ecclesie non licere, neque regularibus,  
neque confraternitatibus facere processiones, nisi  
de licentia consensu, aut cruce Parrochi; excep-  
tis tamen illis ecclesijs, que habent in hoc speciale  
privilegium faciendi processiones per alia loca,  
quibus per hoc decretum sacra Congregatio non inten-  
dit prejudicari.

Videat. serena loco supra citato, et ibidem nu.  
8. 10. et 11. . Videat. q<sup>o</sup> tomo 4. nona impressio-  
nis in folio, consulto 40. nu. 110. in responsione  
ad dubium 14. propositum sacre Congregationi episco-  
porum et Regularium, pro parte Episcopi Populi Ange-  
lorum in Indijs Occidentibus; et in responsione ad  
dubium 3<sup>o</sup> propositum eidem Congregationi pro parte  
eiusdem Episcopi.

Et quatenus ad utraq<sup>ue</sup> excommunicationes, quas fert d<sup>ns</sup>  
Episcopus contra Regulares in hac lege synodali, vi-  
deat. Corroboratio a me edita Allegationis iuri-  
dice canonice, publicate in favorem Regij Cont<sup>is</sup>  
ibi d<sup>ni</sup> Majorianus super competencia, que versa  
bat. inter d<sup>nm</sup> Episcopum S. J. Petrum de Alago, et dictum  
Cont<sup>em</sup>, orta ex alia competencia, que versabatur  
inter ipsum d<sup>nm</sup> Episcopum ex una parte, et d<sup>o</sup>.

D. Joanne Demeto canonico ecclesie Cathedralis Majoricensis, ~~ord. p. v. d. d.~~ ~~judice~~ (Ser-  
vatores tunc equitum Religionum militarium hinc  
in Regni, et D. Gerardum Descallar professum Reli-  
gionis de Calatrava; ortaq; ex alia competentia  
que tunc etiam versabat inter ipsu dnu epis-  
copu, et Regia Audientia: Videat; in quibus  
dicta corroboratio specialiter nu. 21. et nu.  
22. Videat; q; predicta Allegatio juridica §. 2.  
nu. 8. precipue, quos habeo in meo posse ut  
suis notis marginalibus manuscriptis. = =

### §. 19.

Excommunicatio 19. Decima nona excommunicatio synodalis late sen-  
tentie est contra quavisq; personas predicatam,  
publicatam, imprimentem, vel depingentem in hac  
diecesi Majoricensi nova miracula, quo usq;  
per sacra sedem Apostolicam, aut per ordinariu  
examinata, et approbata sint. = = = = =  
Habet. hec excommunicatio in synodo novissima  
lib. 1. titulo 17. cap. 2. . Et ibidem precipit. sub  
eade excommunicatione late sent. neminem  
quavis regulare, seu quomodolibet exemptum  
novas indulgentias publicare, etiam in eoru  
proprijs ecclesijs absq; examine, et approbatio-  
ne dñi episcopi, vel Vicarij Generalis ipsiq;  
videat. Concilium Tridentinum sessio. 25. de Invoca-  
tione, et veneratione, et reliquijs sacroru, et sacri  
imaginib; . Et in eade sessione 25. decreto de  
indulgentijs.



§. 20.

Excommunicatio  
20.

Vigesima excommunicatio synodalis late sententie est contra illos, qui saltem crucis signum, vel imagines saltem sculptas, vel imprimunt in templorum parietibus; et etiam in locis inmundis, aut sterquilinijs ad reprimentum malignitatis temeritatis: et etiam est contra illos, qui intra bimestre, seu intra duos menses non delet si aliqua sint sculpta, vel depicta. Eadem etiam excommunicatione late sententie ipso facto incurrit illi, qui crucis signum imprimunt in pecoris, vel jumentorum, aut in quorundam aliorum animalium caractere.

Habet. hec excommunicatio in synodo novissima lib. 1. titulo 18. cap. 6.

§. 21.

Excommunicatio  
21.

Vigesima prima excommunicatio synodalis late sententie est contra clericos beneficiatos, aut in sacris constituto exercentes officium, seu munus exactoris debitorum alienorum, etiam titulo consignationis sibi facte, nisi re vera sibi consignatus fuerit in solutionem alienis debiti, et non fidei, et fraudulentem in prejudicium constitutionis synodalis illud prohibentis.

Habet. hec excommunicatio synodalis in synodo novissima lib. 2. titulo 1. cap. 15.

## §. 22.

Excommunicatio 22.

Vigesima secunda Excommunicatio synodalis late sententia est contra beneficiatos, Superiores monasteriorum monialium, et confraternitatum Administratores, qui in receptione censuum sibi facta, spectantium ad beneficia, vel ad dicta Monasteria, aut ad dictas Confraternitates, non observant formas prescriptas in novissima synodo lib. 2. titulo 4. cap. 6.

Habet. hec excommunicatio loco proxime citato.

## §. 23.

Excommunicatio

23.

Vigesima tertia Excommunicatio synodalis late sententia est contra Procuratores, vel alios extrahentes instrumenta ex Archivis ecclesiarum, si schedulas proprie manus firmatas non relinquant in libro ad hoc deputato, declarando in ipsa fine extractionis. Et similiter excommunicat. excommunicatione late sententia Procuratores Communium, si ones censu soluto in annualibus non scribant.

Ita in synodo novissima lib. 2. titulo 4. cap. 11.

## §. 24.

Excommunicatio

24.

Vigesima quarta Excommunicatio late sententia in synodo novissima existens, est contra quosvis, quibus iniquis statibus, et conditionibus sint, relictis habentes alienis legati piji, si intra mensem

causarum piarum Auditores certiores non faciant. Mensis autem a die habite notitie discurrere incipit, ut declarat. in ipsa synodo loca proxime citando.

Textus.

In premitata synodo lib. 2. titulo 5. cap. 1. sic dicit: Ad tanta miseria nostris temporibus devenimus, ut legata pia abjicendi cōtingat, et deperdit memoria, quia Auditores causarum piarum notitia carent, vel propter hominum respectum, vel quia ad ipsorum adimplentionem obligati sunt persone potentes; sicque synodo approbata precipimus sub majoris excommunicationis late sententie pena, omnes uniuscuiusque status, et conditionis sint, notitiam habentes alicuius legati pii, intra mensem nostrarum causarum piarum Auditores certiores faciant. Mensis autem a die habite notitie discurrere incipiat.

Existimo quod non loquitur dominus episcopus in hac lege synodali de legatis pijs relictis, et que nonnullis elapso anno a morte testatoris sunt relictis; quia cum tulerit aliam excommunicationem late sententiam in alia lege synodali contra heredes, et alios obligatos ad adimplendum pia legata, qui intra annum a morte testatoris non adimplerunt illa, cessante legitimo impedimento; et alios non procedat intra annum a morte testatoris contra predictos, qui cessante legitimo impedimento non adimplerunt intra predictum annum pia legata relictis a testatore, deducit clare, quod cum constituerit presentem legem synodalem cum dicta excommunicatione

ad hoc ut piarum causarum Auditor cogat remedijs, et medijs oportunis ad adimplendum pia legata eo, qui ad illa adimplenda tenentur, no loquitur prefato dñs episcopo in presenti lege synodali de pijs legatis recentibz, et que nōdū elapso anno a morte testatoris sunt velicta, sed de alijs pijs legatis, que nōdū sunt adimpleta, elapso jam anno a morte testatoris, ad hoc ut piarum causarum Auditor, seu Promissor obligato cogat illa adimplere. De istis igit loquens dñs episcopo in hac lege synodali precipit sub pena excommunicationis late sentē, ut notitia habentes alieniq legati pij ex predictis, nōdū adimpleti certiores faciat de hoc intra mensem a die notitię habite, Auditores piarum causarum.

Insuper est notandum qd si quis solus habeat dubium de aliquo pio legato ex predictis, an sit adimpletus vel no, no tenet. ex vi huius legis synodalis ad illud denunciandum Auditori piarum causarum, nec sub predicta lege comprehendit; qd talis lex solus loquitur de habentibus notitiam, hoc est certam cognitionem, seu scientiam priorum legatorum dicte qualitatis; habere enim notitiam alieniq absolute, significat, et sonat habere certam cognitionem, seu scientiam illiq; lex autem penalit, qualis est hec, debet restringi ad propria significatione verborum ipsiq, juxta 14. Juris in sexto: odia restringi, et fauores obuenit ampliari. Videat. etia que dixi in explicatione casu episcopalius huius episcopatus Majoricensis pag. 8. nu. 7.

to, in sit odiosa

§. 24.

Excommunicatio  
29.

Vigesima quinta Excommunicatio synodalis late-  
sententia est contra heredes, et priorum operum execu-  
tores, qui manumissores vocantur, ~~qui~~ si infra an-  
num a die obitu testatoris, legata pia, cessante  
legitimo impedimento, non adimpleant.

Textus.

In synodo novissima Lib. 2. titulo 4. cap. 2.  
sic dicit: Excommunicamq heredes, et priorum  
operum executores, qui manumissores vocantur,  
qui infra annum a die obitu testatoris, legata pia,  
cessante legitimo impedimento, non adimplerint;  
quod qui habuerint Nobis, aut nostro vica-  
rio generali, et officiali, aut Procuratori pio-  
rum operum, ut proponat volumus, et declaramus,  
sicq in re tante utilitatis opportuno reme-  
dio providebit.

Pro intelligentia istius excommunicationis  
notandum est, qd heredes, et manumissores, cessante  
legitimo impedimento, iam tenent. Statim post mor-  
tem testatoris sub peccato mortali legata pia re-  
litta ab ipso testatore (nisi aliter constet de voluntate  
ipso testatoris) adimplere; et ratio est, tñ quia  
cessante legitimo impedimento, dilatio adimplentionis  
priorum legatorum, que quidem reliquit testator in sus-  
pirio anime sue pro expiandis scilicet penis  
Purgatorij, est ingravis, et notabile preiudici-  
um dicte anime, ut per se notum est, et docetur

a Bonaina in alijs tom. 2. disput. 3. de contracti-  
 69 q. 17. p. 170. §. 6. nu. 4. quod sequit. P. Gi:  
 rard in suo opere morali nu. 269. in dicitur  
 patiat. in igne Purgatorij ob dictas dilationem.  
 Tū etia, quia legatarij a die mortis testato-  
 ris acquirit jus, et dominium supra legatum  
 ut docet Bonaina loco citato nu. 1.; et conse-  
 quenter est statim solvendum post mortem testa-  
 toris ut docet ipse Bonaina ibidem; alia re-  
 tineret. alienus invito dño, et contra iustitiam,  
 ac per consequens contra istas graviter peccaretur.  
 Et nota qd ly statim intelligit. moraliter,  
 idest in mortuo testatore heredes, et manumisso-  
 res legata pia ab eo relicta tenent. adimple-  
 re quam primum fieri potest, moraliter, et  
 humano modo operando juxta regulas pru-  
 dentia.

Si tamen heredes, et manumissores infra an-  
 num a die obitus testatoris, legata pia, cessante  
 legitimo impedimento, non adimplerint,  
 preter peccatum mortale, qd commiserunt illa  
 non adimplendo, incurrunt ipso facto exco-  
 municationem ex vi presentis legis synoda-  
 lis. Quando autem cesset legitimum impedi-  
 mentum, et quando adsit, pensandum est, et perpenden-  
 dum arbitrio prudentis viri, attentis circumstan-  
 tijs bonorum relictorum a testatore, attentisq;  
 circumstantijs loci, et temporis.

§. 26.

Excommunicatio  
26.

Vigesima sexta excommunicatio synodalis Later  
sententia est contra personas, quarum interest p*ij*  
operis exentio, q*ue* legata pia in alio usq*ue*, volu*nt*  
tate Testatoris expedientes, committat.

Habet. hec excommunicatio in synodo novissima  
lib. 2. titulo 4. cap. 3.

Est omnino certus, et indubitatus apud doctores, quod  
legata pia relicta a testatore defuncto no*n* possit pro  
pria auctoritate heredes, aut manumissorum in  
alio usq*ue* distincto ab illis usq*ue* ad quos destina  
vit testator ipsa legata pia, commutari; quia  
ut dicit in Jure Canonico 13. q. 2. Cap. Ultima vo  
luntas: Ultima voluntas defuncti modis omnib*us* obser  
vari debet. Et in Clementina Quia contingit. de  
Religiosis domib*us*. sic dicit: Cum ea, que ad certu*m*  
usum largitione su*t* destinata fidelit*er*, ad illum  
debeat, no*n* ad aliu*m* (salva quide*m* sedi*s* Apostoli  
ca auctoritate) converti. Quod aspiciens, et con  
siderans d*omi*n*u*s Episcopus precipit in hac lege syno  
dali sub pena excommunicationis ipso facto in  
currenda, seu Later sententia, ne persone, quarum  
interest p*ij* operis exentio, siue sint heredes, si  
ue manumissores, vel alii ad quos spectet expe  
ntio p*ij* operis, ~~que~~ legata pia in alio usq*ue*,  
voluntatem testatoris expedientes, committent.  
Unde si tales persone contrafaciant huic legi  
synodali, erunt ipso facto excommunicate.

Excommunicatio  
27.

Vigesima septima excommunicatio synodalis late sententia est contra Confessarios, notarios, et alios quosvis, qui violententer impediunt, siue per se, siue per alios, siue directe, siue indirecte voluntatem infirmi testatoris, ne juxta sua libertatem disponat de bonis suis.

Habet haec excommunicatio in praecitata synodo lib. 2. titulo 5. cap. 4.

Haec lex synodalis quo ad personas, quas subijcit excommunicatiioni, est universalis, ut pote comprehendit Confessarios, notarios, et alios quosvis. Quo ad actiones vero, una tantum punitur excommunicatione, scilicet impedire violententer, siue per se, siue per alios, siue directe, siue indirecte, voluntatem testatoris infirmi, ne juxta sua libertatem disponat de bonis suis. Unde patet quod ad incurrendam hanc excommunicationem non sufficit impedire ut cuius voluntatem testatoris infirmi ad dictum finem, sed debet impediri violententer, siue hoc fiat directe, siue indirecte, siue per se, siue per alios.

Tunc autem quis dicitur violententer impedire voluntatem infirmi testatoris ad dictum effectum, quando facit, vel omittit facere aliquam actionem, ex qua, vel ex cuius omissione infirmus cogitur contra suam voluntatem, vel ad non condendum testamentum, vel ad non mutandum iam antea factum, vel ad disponendum sui, vel sui contra suam voluntatem de tota sua hereditate, aut parte eius, vel ad non disponendum repugnante sua voluntate de aliqua portione ipsius hereditatis.



Notandum est tamen, quod hec lex synodalis intelligitur, et intelligenda est de illis, qui injuste impediunt violententer voluntatem infirmi testatoris, sive per se, sive per alios, sive directe, sive indirecte, ne juxta suam libertatem disponat de bonis suis; quod loquitur lex synodalis de impeditione violenta peccaminosa, et que est in offensionem dei, ut constat ex textu ipsius legis. Unde si quis ex justa causa impediret violententer voluntatem infirmi testatoris ad dictum effectum, non incurreret dictam excommunicationem, quod talis impeditio violenta in tali casu non esset injusta, nec peccaminosa: v.g. si quis videns, et sciens patrem velle exheredare filium suum, nulla existente causa ex illis propter quas 2<sup>us</sup> jus pater potest filium exheredare, potest juste, et licite impedire violententer dictum patrem, ne condatur testamentum, quo exheredet dictum filium suum in dicto casu; quia talis impeditio violenta tunc non est injusta, sed licita, et justa; eo quod est impeditiva mali, et nocimenti, quod pater in dicto casu ab ipso, justa causa intendit inferre filio suo; et consequenter impediens in tali casu, non est injuste violententer impediens, sed ex justa causa, ~~et licite~~ et licite, ac juste, non incurreret predictam excommunicationem. Si vis scire causas ob quas pater potest 2<sup>us</sup> jus exheredare filium, vide Bonacinam tom. 2. circa 4<sup>um</sup> decalogi preceptum disput. 6. quest. unica puncto 5. §. 3<sup>o</sup> numero 1<sup>o</sup>.

## §. 28.

Excommunicatio

28.

Vigesima octava Excommunicatio Synodalis late sent. est contra clericos, tam seculares, quam regulares suadentes infirmis per se, vel per alios, electionem sepulture, proponendo eam in expressione particularis ecclesie, etiam effectu non sequuto.

Habet. hec Excommunicatio in Synodo nonissima lib. 2. titulo 6. cap. 3.

Et in eodem cap. 3. refert. Constitutio Bonifacii Papae VIII. in qua precipit. clericis tam secularibus, quam regularibus, ne quicquam inducant ad votendum, jurandum, vel fide interposita, seu alias promittendum, ut apud eorum ecclesiarum sepultura eligant, vel iam electas ulterius non immutent. Et contravenientes excommunicantur excommunicatione Papae reservata per Clementem V.

Explicationes huius papalis excommunicationis videre potes apud Caelanum in summa V. Excommunicatio. cap. 49., et apud Patres Suarez de Censuris disput. 22. sectio. 4. n. 25. 26. et 27.

## §. 29.

Excommunicatio

29.

Vigesima nona Excommunicatio Synodalis late sententia est contra omnes, et singulos ordinatos, precipientes, aut cogulentes cadavera, seu corpora defunctorum extrahi clam, et in abscondito, ac insepultis Parochis a suis dominibus

milibq, ut sepeliat: in ecclesijs, etia Regulari-  
um. Quas excommunicationes etia incurrit  
apportatq talia cadavera dicto modo ~~ad~~  
~~sepelienda in ecclesijs, etia Regularium~~  
in ecclesijs, ut in ea sepeliant.

Habet. hec excommunicatio in synodo novissi-  
ma lib. 2. titulo 6. cap. 10..

Predicta excommunicatio, quavis prima facie  
videat. ferenda in textu, tamen in re, et de  
facto est late sententia; qd quidem denotat illa ver-  
ba textu: quas excommunicationes incurrit  
no solum Patentes, seu extranei, qui similia  
ordinet, precipiat, aut consulat, sed etia, qui  
cadavera in ecclesijs apportet.

§. 30.

Excommunicatio  
30.

Trigesima excommunicatio synodalis late sententia  
est contra illos, qui negligunt solvere decimas.  
Et eadem excommunicationes ipso facto etia incur-  
rit illi, qui habent mulieres pretio conductas  
ad colligendos manipulos ex spicijs a messoribus  
in terras cojectis, et ex granis obvenerentibus  
ex dictis manipulis, no solvunt decimas.

Habet. hec excommunicatio in precitata syno-  
do lib. 2. titulo 7. cap. 1.

Excommunicatio

31.

Circa hanc excommunicacionem 31. et antecedentem que est 30. vide infra pag. 111.

Trigesima prima excommunicatio synodalis late sententie est contra non soluentes decimas ex graminibus in solo area relictis, que jam sine seculis extrahi non possunt, vulgo: balais. — Et eadem excommunicacione etiam incurrunt extrahentes ex arervo tritici, vel ordei, aut aliorum granorum indeimato, partes tritici, vel ordei et correspondentes seminibus sparsis, et subter terras positis ad fructificandum, ~~et~~ et ex tali parte non solunt decimas ei correspondentem.

Habet. hec excommunicatio in predicta synodo lib. 2. titulo 7. cap. 3.

Circa hanc excommunicacionem 31. et precedentem 30. solum oportet advertere, quod ad hoc, ut quis non solvendo decimas in casibus huius excommunicacionis 31. et in casibus excommunicacionis 30. debet esse decime in materia graminis, et quarum non solutio, seu defraudatio sit peccatum mortale; quia cum excommunicatio sit pena gravis, expigit peccatum grave, scilicet peccatum mortale, ad hoc ut incurrat.

Pro extensiori notitia huius materie, videantur que dixi in explicacione casuum reservatorum Dno Episcopo in hoc episcopatu Majoricensi, in explicacione sexti casus nu. 5. 6. 7. 8. et 9.

§. 32.

Excommunicatio  
32.

Trigesima secunda excommunicatio synodalis late sententiae est contra saltantes, seu triguidantes in ecclesijs, vel cimiterijs.

Habet haec excommunicatio in synodo novissima lib. 2. titulo 8. cap. 2.

§. 33.

Excommunicatio  
33.

Trigesima tertia excommunicatio synodalis late sententiae est contra agentes representationes rerum sacrarum in ecclesijs; et contra Rectores, et Regularium superiores eas in dictis locis permittentes.

Habet haec excommunicatio in praesentata synodo lib. 2. titulo 8. cap. 10.

Prohibet ista haec lex synodalis representationes rerum sacrarum in ecclesijs; quia agere profanas representationes in illis iam jure Canonico est prohibitus, ut constat ex Cap. Quid deo-rem. de vita, et honestate clericorum.

§. 34.

Excommunicatio  
34.

Trigesima quarta excommunicatio synodalis late sententiae est contra larvatos, vulgo distracatos, o mas-caras, se vestibus, seu habitibus clericorum,

sive secularium, sive Regularium, aut habitibus, seu vestibus monialium, induentes, etiam tales vestes solus sint illis similes, seu contracte ex papiro, vel alio quolibet modo. Habet. hec excommunicatio in novissima synodo lib. 2. titulo 8. cap. 14.

§. 35.

Excommunicatio  
35.

Trigesima quinta excommunicatio synodalis late senta est contra quoslibet, qui vim intulerint illis, qui ad ecclesiam, vel cimiterium se contulerunt pro refugio.

Talis autem vis infert. vel extrahendo illos violenter ex dictis locis abq. facultate dñi Episcopi, vel Vicarij Generalis, aut eo impedibus, ceteris, aut alijs vinentis vinciendo abq. dicta facultate.

Et si Rex extrahat. ab ecclesia, vel cimiterio per vim abq. facultate dñi Episcopi, vel Vicarij Generalis, non potest extrahens ab excommunicatione solui a dicta excommunicatione synodali, quod extraxit, donec Rex in sui refugij locum sit restitutus, et indigna tanta audacia peragat penitentia, ut exprimit. in synodo loco statim citato.

Habet. dicta excommunicatio in synodo novissima lib. 2. titulo 8. cap. 23.

Pro extensiori notitia materiae huius synodalis excommunicationis,

vide

67.  
vide que late dixi in explicatione quarti casus  
referati dno episcopo in hoc episcopatu Ma-  
joricensi, qui est: Violatio immunitatis ec-  
clesiasticæ.

§. 36.

Excommunicatio  
36.

Trigesima septa excommunicatio synodalis late-  
sententiæ est contra celebrantes missas in priva-  
tis oratorijs, rōdōs approbatis ab episcopo,  
vel expresse suspensis ab ipso episcopo, vel  
in aliquas juris suspensiones incuris.

Habet. hec excommunicatio in nouissima syno-  
do lib. 2. titulo 9. cap. 3.

Et in eodē lib. 2. titulo xj. cap. 3. refert. excommuni-  
catis, quæ ipso facto incurrenda imponit Consiliū  
Tridentinū Sessio. 25. de Regularibus, et Monialibus  
cap. 5. contra ingredientes, cuiuslibet generis, aut con-  
ditionis sint, intra septa Monasteriorū Monialium  
sine episcopi, vel superioris licentia in scriptis  
obtentā. — Et in eodē cap. 3. refert. absolutio-  
nes prædictæ excommunicationis incurse per dictum  
ingressū sine dicta licentia, esse referatas sedi Apo-  
stolicæ per Gregoriū xij.

§. 37.

Excommunicatio  
37.

Trigesima septima excommunicatio synodalis late-  
sententiæ est contra seculares, qui frequentatione

Monasteriorum Monialium sub induciati, si a dicta frequentatione non se abtineant. Exceptis conjugatis Monialium in 1.º gradu, qui tempore non prohibito alloqui, et visitare poterunt Sorores Moniales. Tempus autem prohibitum est tempus Adventus, et Quadragesime. Ita in precipitata synodo lib. 2. titulo xj. cap. 4.

§. 38.

Excommunicatio  
38.

Trigesima octava excommunicatio synodalis late sententia est contra Moniales confitentes peccato sua confessoribus ad dictum ministerium a domino Episcopo non destinatis, etiam si habeant bullas factas Cruciate.

Habet. hec excommunicatio in relata synodo lib. 2.º titulo xj. cap. 5.

§. 39.

Excommunicatio  
39.

Trigesima nona excommunicatio synodalis late sententia est contra tam sacris initiatos, quam laicos habentes domi mensam Lusoria, quod vulgo Taulageria. et eadem excommunicatio:

Secundo casu in quo incurrunt dicta excommunicatio, et qui non illam incurrunt. Secundum sententiam late sententiam incurrunt etiam Clerici, qui Alca sudent, hoc est a Greca, o carteta, quod est idem ac dicere nostro idiomate: a joch

10.º anno 1519. celebrata, cap. 10. in quo etiam confirmat ea que in materia dicti cap. 10. ja de venerat in alia synodo precedenti ab ipso celebrata anno 1511. articulo 3.º decreto xj. citata in synodo novissima



quo fert. hec excommunicatio; videat. qd sig-  
nificatus huius termini alea apud Gregorium,  
et apud Vocabularium ecclesiasticum. = = =

Tertio casu in quo  
incurrit, et a qui-  
bus incurrit.

Eandem excommunicationem etiam incurrent  
ipso facto Clerici, qui ludent saccorum  
Iudo, vulgo: al Aruca.

Habet predicta excommunicatio in predictis  
tribus casibus, in synodo nouissima lib. 2.  
titulo 15. cap. vnico.

Et nota pro intelligentia prefate excommuni-  
cationis in 1.º casu, qd per mensam lusoria-  
de qua in dicto cap. vnico est sermo, intell-  
igitur mensa lusoria ad quam ludendi gratia  
frequenter conuenire solet, ut constat ex sy-  
nodo d. d. Didaci Escotano citata in dicto cap.  
vnico) titulo xj. de lusoribus (constituitio-  
vnica pag. 493. ~~ubi~~ ubi ~~ita~~ ita lata fuit dicto  
excommunicatio in primo casu, et unde  
desumpta est in predicto cap. vnico, et etiam ex  
synodo d. d. Joannis a Santander lib. 3. titulo 1. cap.  
6. fol. 70. pag. 2.

§. 40.

Excommunicatio  
40.

Quadragesima excommunicatio synodalis late-  
sententia est contra omnes christi fideles in hac die-  
cesi Majoricensi commorantes, tam uxoratos, quam  
solutos, in proprijs, vel alienis domibus, palam,

vel occulte concubinas retinentes, ~~si~~ si intra  
nonem dies ab omni concubinato suspitione ne  
se abstineat, prout a se concubinas eicientes

Habet. hec excommunicatio in synodo novissima  
lib. 3. titulo 1. cap. unico; habet. q. in edicto  
pastoralium. 24.

Pro intelligentia predictae excommunicationis notat  
quod est in Bonacina tom. 1. q. 4. de Matrimonio  
quodto 14. nu. 8. qd concubinato est frequens, et  
consuetu fornicatio in eadem persona. Dicitur,  
frequens, et consuetu, ut advertat. ad concubinato  
non sufficere unum, vel alterum actum fornicarium  
sed requiri consuetudinem, qua aliqui quodammodo  
ita cohabitant, ac si essent simul conjugati. Un-  
de notat silvester v. Concubinariorum. nu. 1., et  
alii apud Bonacina loco citato, qd concubinariorum  
dicit. ille, qui copulas habet in femina soluta  
vel conjugata, tenendo eas in propria, vel alie-  
na domo, ad usum venereum, ac si esset uxor;  
fornicarij vero dicit. ille, qui copulas habet  
modo in una, modo in altera.

Concubinariorum ergo, si  
ne uxorati sine soluti, aut coniugati, et  
conditionis sint, in proprijs, vel alienis domi-  
bus, palam, vel occulte concubinas retinentes, si  
intra nonem dies ab omni concubinato suspitio-  
ne ne se abstineat, prout a se concubinas  
eicientes, seu illas relinquentes totaliter, sub  
ipso facto excommunicati.

§. 41.

Excommunicatio  
41.  
Est reservata dno  
episcopo, quo ad  
absolutiones.

Quadragesima prima excommunicatio syno-  
dalis latae sententiae est contra uxoratos, qui  
propria auctoritate vivunt a suis uxoribus separa-  
ti, si intra novem dies in ipsis vitam marita-  
lem non agant.

Habet haec excommunicatio in synodo novissima  
lib. 3. titulo 1. cap. unico. Habet. q. in edicto  
pastorali d. episcopi d. Petri de Alago nu. 24.

Circa praedictas excommunicationes nota, quod quia  
suis uxores propria auctoritate separate viven-  
tes a suis maritis, et intra 9. dies vitam ma-  
ritalem non agentes in ipsis, non sint ipso facto  
excommunicate ex vi praesentis legis synodalis;  
in haec solum loquat. de maritis; tamen sunt  
ipso facto excommunicate in tali casu ex vi  
alterius legis synodalis, quae habet. in praesentata  
synodo lib. 1. titulo 9. cap. 20. ~~quod~~ in quo  
fert. excommunicatio latae sententiae contra quoslibet  
conjugum, propria auctoritate separatum viventes  
ab altero conjugum, si intra novem dies vitam ma-  
ritalem cum illo non agant. ~~et~~ et idem habet. in  
edicto Pastoralis loco supra citato. = Excommu-  
nicatio lata contra conjugum in dicto casu in praesi-  
tato cap. 20. iam supra §. 12. remanet ex-  
plicata; et cum excommunicatio praesentis legis

Synodalis lata in dicto cap. unico, comprehenda:  
tur sub illa, vide pro istiq[ue] explicatione, que  
dicta sunt in predicto §. 12.

to notandum e[st], q[uo]d

Et insuper, eius excommunicatio lata extra co:  
iuges in dicto capu in preterito cap. 20. et  
in edicto Pastoralis, ~~lib. 3.~~ nu. 24. sit d[omi]no  
Episcopo reservata, ut patet ex dicto cap. 20.  
et ex ipso edicto Pastoralis in dicto nu. 24.

Excommunicatio la:  
ta in dicto cap. unico,  
co, est reservata  
d[omi]no Episcopo.

sequitur scilicet, q[uo]d excommunicatio presb[ite]ri  
legis synodalis lata in dicto cap. unico,  
etiam est d[omi]no Episcopo reservata.

§. 42.

Excommunicatio  
42.

Quadragesima secunda excommunicatio sy:  
nodalis late sent[entia] est contra Senones.

Habet. hec excommunicatio in preterito sy:  
nodo novissima lib. 3. titulo 2. cap. uni:  
co.

§. 43.

Excommunicatio  
43.

Quadragesima tertia excommunicatio synodalis  
late sententia est contra quolibet Clericum, sine  
seculare, sine Regulari officio auctoritate (vulgo  
auctoritate) exercitate, ad huc fines oblationes, in:  
dulgencias publicate, aut miracula, privile:  
gia

gia, aut reliquias circumferentes; minis, aut increpationibus fideles induentes ad elemosinas; pulgatas capanellas, aut alia auestoris insignia deferentem.

Habet. hec excommunicatio in synodo nouissima lib. 3. titulo 3. cap. 4.

§. 44.

Excommunicatio

44.

est reservata dño Episcopo.

Quadragesima quarta excommunicatio synodalis late sententie est contra facientes contractus usurarios; et etiam est contra mediatores, et effectores illorum, necnon contra Tabelliones illos stipulantes.

Abolutio huius excommunicationis est reservata dño Episcopo, ut constat ex ipsa synodo late statim citando.

Habet. hec excommunicatio in precitata synodo lib. 3. titulo 5. cap. vltimo.

Nota pro intelligentia istius excommunicationis quod precitata lex synodalis ferens dictam excommunicationem loquitur de facientibus scienter contractus usurarios; et de mediatoribus, scienter contractibus; et de Tabellionibus, illis stipulantibus, scientibus, seu cognoscibilibus tales contractus esse usurarios; quoniam

quia

~~... quibusdam modis...~~  
~~... quibusdam modis...~~  
quia si predicti habeat ignorantiam vincibili;  
sem, tales contractus esse usurarios, expulsi a ul-  
pa; et consequenter expulsi etiam ab excommuni-  
catione ~~ab~~ eis annexa; cuius excommunicatio  
ad hoc ut incurrat, vulgus presupponere debe-  
at in subiecto, ut tenent communiter doctores.  
Primo, quatenus predicti sciunt, et cognoscunt ~~quod~~  
~~contractus, qui faciunt offerunt~~ contractus esse  
usurarios, si ignoret tamen, adhuc vincibili-  
liter, esse lata excommunicationem contra tales con-  
tractus usurarios fautores, et contra mediatores, ac  
contra Tabelliones illos stipulantes, dummodo talis  
ignorantia non sit crassa, seu supina, non  
incurrunt talem excommunicationem, videlicet  
facientes contractus usurarios, faciundo illos; aut  
mediatores mediando ad illos faciendos; aut Ta-  
belliones tales contractus usurarios stipulando;  
et ratio est; q<sup>a</sup> ignorantia, adhuc vincibilis,  
(dummodo non sit crassa, seu supina) non solum  
facti, vel iuris, sed etiam censure, expulsi  
ab incurrere censure, ut dixi in Sanchez, et  
alii doctores in opusculo morali in tractatu  
de ignorantia dicto 5<sup>o</sup> pag. 142. = Insuper  
ad hoc ut predicti incurrat predictas excommu-  
nitiones debent tales contractus esse usurarios  
in materia gravi; q<sup>a</sup> ad incurrendam excommu-  
nitionem requiritur necessarius, qd actio,  
vel ommissio actio, in vi cuius incurritur,  
sit peccatum mortale, ut tenet doctores communi-  
ter; cuius pena gravis, qualis est excommu-  
nicatio

nientio, ad hoc ut incurrat, exigat necesse =  
vio culpa gravis in subjecto; velle enim va-  
tio postulat, qd pena proportionet. ut culpa.



Excommunicationes synodales de qui-  
bus est difficultas, an sint late, vel  
ferende sententia.

Expendit: an hec Prima est contra no adimplentes preceptum  
excommunicatio sit communionis Paschalis, seu annualis.  
late, vel ferende  
sententia.

In synodo nouissima dñi Episcopi S. Petri de Alago  
lib. 1. titulo 6. cap. 1. ubi tractat. in speciali  
de obseruatione precepti communionis Paschalis,  
sic dicit. contra transgressores ipsiq: Transgresso-  
res vero, preter dictas penas, etiam maiores ex-  
communicationes incurrunt.

~~Quaeritur~~  
Quaeritur.  
Quaeritur, an hec excommunicatio sit late, vel fe-  
rende sententia?  
Pro huiusmodi quaeriti resolutione existimo, et ut cer-  
tus suppono, qd de hac excommunicatio, et de qua  
qualibet alia, que fert. predictis verbis, idem  
est faciendus iudicius, ac de excommunicatione,

~~que fertur his verbis, scilicet: si fueris hoc, vel  
omiseris hoc facere, excommunicatione nonne:~~

que fertur his verbis, scilicet: si fueris hoc, vel  
omiseris hoc facere, excommunicatione nonne:  
vis te incursum: idem enim est dicere: ex-  
communicatione nonnevis te incursum, ac di-  
cere: excommunicatione incurres. Et idem  
est dicere: excommunicationem nonnevis se in-  
cursum, ac dicere: excommunicationem  
incurret.

to aut qui hoc fue-  
rit, vel omiserit  
hoc facere, excom-  
municatione non-  
nerit se incursum.

Circa autem excommunicationes que fertur his ver-  
bis: excommunicatione nonnevis te incursum  
(et idem est si dicat: excommunicationem  
nonnevis se incursum) an sit late sententia,  
vel ferenda, dat. duplex opinio. 1<sup>a</sup> tenet,  
qd est ferenda sententia. Hanc opinionem te-  
net Bonacina, in Felino tom. 1. disput. 1<sup>a</sup>  
de Censuris in communi q. 1. p. 1. nu. 6.  
Regula 3<sup>a</sup>, quod sententia existimat ut probabile  
suavel de Censuris disput. 3. sectio. 3. nu. 3<sup>to</sup>. Et  
ratio Bonacina est; quia qdo dubium est an  
censura sit late sententia, aut ferenda, tunc  
iudicandum est censuram non esse late sententia,  
sed ferenda; nam odia non sunt amplianda, sed  
restringenda, et in mitiore parte accipienda, et  
interpretanda, ut est commune axioma omniu  
jurisperitorum, et Theologorum, desumptum ex regula  
xv. et ex regula 49. juris in sexto. Quando  
autem excommunicatio fertur dictis verbis, est du-  
bium, inquit Bonacina, an superior, seu Pre-  
latq, illud ferens, velit tales excommunicatio-  
nes

1<sup>a</sup> opinio.

to, et Fillucig tom.  
1<sup>o</sup>. tracta. 11. et 1. de  
censuris in communi  
cap. 1. nu. 18.



ne, ipso facto ligare; ut verba sint futuri temporis; et consequenter censendus est talis excommunicatio esse comminatoria, seu ferenda sententia. Ergo idem censendus est propter eadem rationes, si excommunicatio ferat. his verbis: excommunicationem incurres, aut: excommunicationem incurret; in ista verba sint futuri temporis; et idem significat, ac si ista: excommunicationem noneris te incursum, aut: excommunicationem nonerit se incursum.

juxta 1<sup>a</sup> opinionem  
relatam, excommu-  
nicatio synodalis,  
de qua est sermo  
in p<sup>o</sup>, est ferenda  
sententia.

Unde juxta pre-  
dictas 1<sup>a</sup> opinionem concludit. ~~quod~~ quod etiam  
censendus est, excommunicationem synodalem  
de qua in presenti loquimur, esse solum idem  
comminatoria, seu ferenda sententia; ut ferat.  
his verbis: majoris excommunicationem  
incurret. Quae quidem verba sunt futuri  
temporis, et idem significant, ac si diceretur:  
majoris excommunicationem nonerint se  
incursum. (Cui intelligentia fauet, quod in alio  
loco eiusdem synodi, videlicet lib. 1. titulo 4. cap. 4.  
fert. ~~ad~~ etiam excommunicatio ultra transgressores  
precepti communionis Paschalis, seu annualis,  
et talis excommunicatio in dicto cap. 4. est ferenda  
sententia.

2<sup>a</sup> opinio.

2<sup>a</sup> opinio tenet, excommunicationem, que fertur  
his verbis: excommunicationem noneris te incur-  
sum, (et idem est si dicat: nonerit se excommu-  
nicationem incursum) esse late sententia. Habet

opinionem

opinionem, ut probabilioris, tenet P. Suarez  
 de censuris disput. 3. sectio. 3. nu. 3. et Fil:  
 Lucig in Ugolino, tom. 1. tractatione XI. et  
 1<sup>a</sup> de censuris cap. 1. nu. 18. Et haec etiam  
 opinionem tenet absolute Jo. a Breptione in  
 Compendio operis Leonardi tract. 1. de censuris in  
 Comuni disput. 1. nu. 4. pag. 439. Et ratio  
 doctorum huius opinionis est, quia licet praedicta ver-  
 ba sint de futuro, significant tamen censu-  
 ras esse contrahendas ex vi legis illius, atque ideo  
 ipso facto. Quando enim dicitur communiter, quod  
 excommunicatio fertur per ~~verbum~~ verbum futuri  
 temporis, tunc excommunicatio est ferenda, seu  
 ferenda sententia, intelligitur, quod verbum futuri  
 temporis, per quod fertur excommunicatio, sig-  
 nificat excommunicationem esse infligendam  
 a iudice, ut quod fertur his verbis, aut simili-  
 bus: excommunicabo: excommunicaberis: ex-  
communicabit: etc.; quavis autem verbum per  
 quod fertur censura sit futuri temporis, si  
 tamen significat illam, non ut infligendam  
 a iudice, sed ut contrahendam ex vi legis  
 per quam fertur, ut extingit, juxta doctorum  
 sententiam pro hac 2<sup>a</sup> opinione, quod fertur  
~~per~~ censura his verbis: excommunicatio:  
ne noveris te incurreris: aut noverit  
se excommunicationem incurreris, tunc talis  
 censura non est ferenda, sed lata senten-  
 tia. = ~~habenda~~ = secundam opinionem  
 existimo verioris, et mihi magis placet.  
 Unde cum  
 huiusmodi tenor verborum, scilicet: excommu-

communicatione incurreret; aut: excommunicationem  
incurreret, idem significet, ac huiusmodi tenor  
 verborum, scilicet: excommunicatione nonerit  
te incurrurum; aut: excommunicatione nonerit  
se incurrurum, sequitur, quod predicta verba si:  
 licet: excommunicatione incurreret; aut: excom-  
municatione incurreret, quodvis sint futuri  
 temporis, etiam significabunt, excommunicatione  
 esse contrahendam ex vi legis illius ferentis, atque  
 ideo ipso facto; ac per consequens talis excommu-  
 nicatio in tali casu erit late sententia.

Ex quo concludi:

Juxta 2<sup>am</sup> opinio-  
 nem relectam, ex-  
 communicatione sy-  
 nodalis, de qua  
 in p<sup>ri</sup>nti est sermo, Episcopi  
 est late sententia.  
 tui, quod juxta 2<sup>am</sup> opinionem, quas veriores existi-  
 mo, excommunicationis synodalis ~~est~~ contra trans-  
 gressores precepti communionis paschalis, seu  
 annualis, que fertur in synodo novissima d<sup>ni</sup>  
 Petri de Alago Lib. 1. titulo 5.  
 cap. 1., censenda est excommunicatione late  
 sententia; us ferat. his verbis: majorem ex-  
communicatione incurrerent, ac proinde verbis,  
 que licet sint futuri temporis, significat tamen,  
 ut constat ex proxime dictis, excommunicatione  
 esse contrahendam ex vi ipsius legis, atque ideo ip-  
 so facto; ac per consequens censendus est talis  
 excommunicatione esse late sententia.

Cui intelligentie

facet, quod d<sup>ns</sup> Episcopus postquam loco proxime citato  
 inquit predictis verbis dictas excommunicationes  
 statim precipit Parochis, ut transgressoribus fiat tres  
~~communiones~~ monitiones, in 2<sup>a</sup>, 3<sup>a</sup>, et 4<sup>a</sup> d<sup>ni</sup>ca post  
 Pascha, ad hoc ut tales transgressores dicti precepti

communione annuali, si rebelles existat, de-  
clarari queat excommunicati ab ipso dno epi-  
scopo: nō potest autē declarari, seu denun-  
tari quibz excommunicato, nisi jam antea sit  
de facto et in re excommunicato, et utroperit  
jam excommunicatione, ut docet Ceteranus  
in summa V. excommunicatio. cap. 21. in fi-  
ne capitij.

2<sup>a</sup>. excommunica-  
tio, de qua est difficul-  
tas.

nu. 1.

Secunda excommunicatio synodalis de qua est  
difficultas, an sit lata, vel ferenda senten-  
tie, est contra eos, qui scientes, bona, que re-  
linquunt, vel donant alicui pro patrimonio  
ad sacros ordines recipiendos, alicui oneri  
esse subjecta, vel tales donationes esse fic-  
tas, aut factas cum intentione eas restituē-  
di donanti, si de hoc nō moneant episcopi.  
Et eadem excommunicatio extendit. etiam  
ad estimatores predictorum bonorum, casu quo  
propter ordinandorum complacentiam, majorem  
valore, quam iusto, et sua distanter con-  
scientia estimant.

nu. 2.

In synodo nouissima d. episcopi d. Petri de Ala-  
gon lib. 1. titulo 8. cap. 7. sic dicitur, lo-  
quendo de predictis bonis, et donationibus:

Strille

Textus.

Stricte precipimus cuilibet persone notitia habenti si dicta bona alicui orari esse subiecta, vel si donationes fictas esse agnouerint, vel factas cum intentione illis donanti restituendi, ad nos devenire non negligant, sub majoris excommunicationis pena; in qua etiam bonorum estimatorum, casu quo propter ordinandorum cogitationem, maiori valore, quam iusto, et sua dictauerit conscientia, estimatorum, incursum esse declaramus.

Expendit: an haec excommunicatio sit late sententia, vel ferenda.

nu. 3.

Haec excommunicatio, ut constat ex textu comprehendit duo genera personarum; nam principaliter comprehendit scientes praedicta, si non monentur episcopus; et pro ut dictas personas comprehendit fertur his verbis: precipimus sub majoris excommunicationis pena. Nunc autem principaliter, et extensive comprehendit estimatorum praedictorum bonorum in casu posito in textu; quae quidem extensio praedictae excommunicationis ad praedictos estimatorum, explicat. his verbis: in qua etiam bonorum estimatorum, casu quo est, incursum esse declaramus.

Quaesitum.

nu. 4.

Quaerimus in praesenti an praedicta excommunicatio pro ut principaliter comprehendit scientes praedicta in textu, si non monentur episcopus, sit late sententia, vel ferenda? Et ex resolutione huius difficultatis, manebit etiam explicatum, an etiam sit late sententia, vel ferenda eadem excommunicatio, pro ut extendit nunc principaliter ad praedictos estimatorum in dicto casu.

Videt. quidē esse ferende sententia; qd. ut communiter tenet doctor, quoties excommunicatio fertur his verbis: precipimus, vel precipio sub pena excommunicationis, aut sub pena excommunicationis majoris, nihil aliud addendo, censendum est talem excommunicationem esse ferendam sententiam. sed his non obstantibus

num. 5.

Resolvit. qd. predicta excommunicatio est lata sententia, pro ut tangit principaliter predictos scientes: et etiam pro ut extendit. ad predictos estimatores.

tibus, existimo (salvo semper doctiorum iudicio) predictam excommunicationem esse latam sententiam. Et ratio est; quia licet verum sit, qd. qd. excommunicatio fertur his verbis precipimus, et nihil aliud addendo, scilicet: precipimus sub pena excommunicationis, vel sub pena excommunicationis majoris, censendum sit, talem excommunicationem esse ferendam sententiam, eo qd. in tali casu, in talia verba sunt indifferentia ad excommunicationem latam, et ferendam, ut docet suaver. de censuris disput. 3. lectio. 3a.

num. 6.

